

Christian Woldenberg

Christiani Woldenbergii, Crempa-Holsati ... Oratio Inauguralis De Origine, Progressu, Et Usu Corporis Canonici, In Laciburgiacis Musarum castris, in frequenti Eruditorum conventu, 13. Decemb: 1659. memoriter pronunciata

Rostochi[i]: Richelius, [1659]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73519260X>

Druck Freier  Zugang



Ursprung, Entwicklung, Gebrauche
des Corpus canoniceum
(kanonischen Rechts)

RN zur 1659 (1660) /a
Christian Woldenberg.



CHRISTIANI WOLDENBERGII,

CREMPA-HOLSATI,

Phil: J. U. D. & Decretalium Profefforis

Publ: Ordinarii Ducalis,

Oratio Inauguralis

DE

ORIGINE,

PROGRESSU,

ET USU

CORPORIS CANONICI,

In Laciburgiæ Musarum castris, in fre-
quenti Eruditorum conventu, 13. Decemb: 1659.


memoriter pronunciata.

*Cui accessit Index Decreti, & Decretalium, in gra-
tiam Studiose, Legum, & Canonum, juventutis
typis exscriptus.*



Augustinus de sermone Domini in monte lib: 2. cap: 29.

Temerarium iudicium plerumq; nihil nocet ei, de quo temerè ju-
dicatur. Si autem, qui temerè iudicat, ipsa temeritas ne-
cesse est ut noceat, *Can: 49. causa. II. Q. 3. & ibi elegans Gloss.*



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

Dr. J. W. B. BRANCO. J. C. G. ac Antee. L. C. 92

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

SERENISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO,
PRINCIPI ac DOMINO,
DN.
GUSTAVO
ADOLPHO,
DUCI MECKLENBURGICO,
PRINCIPI VANDALORUM, SVERINI, RACE-
BURGI, COMITI SVERINENSI, TERRA-
RUM ROSTOCHII, & STARGARDIÆ
DYNASTÆ,
PATRI PATRIÆ GLORIOSISSIMO,
Fortunarum mearum, in his terris,
post DEUM, Promotori unico,
optimo, maximo,

Domino meo Clementissimo,

Hanc Inauguralem Orationem
Submississimè

D. D. D.



Cum

PSALMOGRAPHO DAVIDE

hoc acroama elata voce

Orationi meæ,

Ex Psal: LXVI. v. 16. Et seqq:

præmitto.

Venite, & audite: & narrabo, (omnes, qui timetis DEUM) quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamavi, & exaltavi sub lingvâ meâ. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Propterea exaudivit DEUS, & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus DEUS, qui non amovit Orationem meam, & misericordiam suam à me.

A 2

Magni-

Magnifice Domine Rector, ad-
modum Reverendi, Nobilissimi, Amplif-
simi, Consultissimi, Experientissimi, Clarif-
simi, Domini Professores, ac Collegæ ho-
noratissimi, verbi divini Ministri vigilan-
tissimi, Artium liberalium Magistri solertissimi, tuque
generosæ, masculæque indolis juventus!

Illuxit tandem, post novem annorum decursum, ex quo
in hanc Academiam veni; septem annorum Professio-
nem Juris Extraordinariam, sinistro & meo, & conferen-
tium fato impetratam; trium annorum Græcæ Lingvæ
Professionem, non meliori quidem fortunâ; sed majori
tamen cum honore, & studiorû incrementis oblatam: Il-
luxit, inquam, tandem illa dies, multis antehac Aristar-
chis, Sciolis, Philautis, Abydocomis, Alastoribus, ceritis
ac catamitis ridicula; Sycophantis, & Moricho stultio-
ribus insperata, socordibus & segnibus intolerabilis; al-
terius famæ & fortunæ decoctoribus minus ad nutum,
quo justo DEI judicio, quod palàm est, & se exeruit, Sere-
nissimus ac Illustris: Princeps, ac Dominus, DN. GUSTA-
VUS ADOLPHUS, Dominus meus Clementissimus, non
prece, nec pretio, nec illicitâ ambitione, (*secundum L. pen: C.
ad L. Jul. Repeundar.*) sed probatæ vitæ testimonio, & præ-
viâ legitimâ studiorum fiduciâ, (*per L. 2. §. 47. D. de O. F.*)
interno S Spiritus motu, rumpantur ut ilia Momo, qui-
cunq; tandem ille fuerit, hanc Decretalium Professionem
Principaliter ac gloriosè mihi concessit.

Illuxit tandem illa dies, quâ Serenissimi ac Potentis-
simi Regis Daniæ, Principis, ac Domini mei Clementissimi
com-

commendatitiae, post novem annorum intervallum, post plus quam humanam patientiam, post varias persecutiones, Spartanam Nobilitate concoctas, apud Serenis: ac Illustris: Principem ac Dominum, DN. GUSTAVUM ADOLPHUM, Dominum meum Clementissimum, locum invenerunt: In Symbolo Serenissimi Regis mei FRIDERICI TERTII, Patris Patriae, afflicti quidem, sed nondum occisi. DOMINUS PROVIDEBIT: hactenus acquievi, & spem non inanem fuisse, ex multis rerum argumentisprehendi. Quinimò, quod mihi Senatus urbicus, in conferendam Institutionum Professione, ad quam ipsis in primis Serenis: Regis mei precibus commendatus eram, denegavit: id Serenissimus, Pius, ac Eruditissimus Princeps ac Dominus, DN. GUSTAVUS ADOLPHUS, in hac honorificam, & in omnibus Germaniae Academiis primariam Decretalium Professione, post tantam temporum injuriam, peropportune, ac clementer compensavit. Longum quidem est, & ineffabile sui desiderium post se relinquit hoc: DOMINUS PROVIDEBIT, nil minus certum, & minimè frustratorium est: DOMINUS PROVIDET, DOMINUS PROVIDIT, DOMINUS PROVIDEBIT. Qvis non timeat omnia providentem, & cogitantem, & animadvertentem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum, & plenum negotii DEUM? (*Cic: lib: I. de Naturâ Deorum p. m. 282. edit: Gothofred.*) Quid aliud est factum, quam quod de unoquoque nostrum DEUS fatus est? Idem DEUS, opera sua inopinabilibus occasionibus ad exitum perducit. Quicquid enim fit, factum est, vel fiet, DOMINUS PROVIDEBIT. Angeris, affligeris, calumniatores pateris, sanniones sustines, invidos, pantalabos experiris, DOMINUS PROVIDEBIT. Sunt, qui malum

machinantur, exitium minitantur, DOMINUS PROVIDEBIT. Sunt, qui in symposiis, conventibus, conventiculis te lacerant, DOMINUS PROVIDEBIT: Sunt, qui te clanculum, vel apertè è medio tollere satagunt, confide, DEO, DOMINUS PROVIDEBIT. Hic Dominus DEUS Zebaoth providit hætenus suæ Regiæ Majestati, providet, & providebit. Hic Dominus DEUS noster, fortis, zelotes, Serenissimo ac Celsissimo nostro Principi ac Domino, DN. GUSTAVO ADOLPHO, Domino nostro Clementissimo, hætenus majesticè providit, providet, providebit. Hic DEUS exercituum, providit hætenus mihi, vobis omnibus, & singulis, providet, & providebit. Providentiæ divinæ est, quod Græcam hanc, quam cum utilitate multorum sustinui, Professionem, postquam labor in damno esse cœpit, (*secundum Gloss in cap. fin: causa 7. q. 2. in verb. laborem*) deponam, & ad Juris Professionem postliminò revertar. Jura profiteri ab initio animus fuit, à jure autem profitendo me Diabolus, suiqve complices, permissu Dei, hætenus abstraxerunt, cui me profitendo Deus, & Sereniss: Princeps Gustroviensis denuò admoverunt, Providentiæ divinæ ac paternæ est, quod vivam; Providentiæ divinæ est, quod integris sensibus, ingenio & memoriâ in eodem statu uniformiter consistentibus, hanc cathedram subire promptus ac paratus sim: Providentiæ divinæ est, quod uni soli, Pio pariter, ac Erudito Principi inserviam, & non ex multis sibi ipsis contrariis, & in propria commoda sapius laborantibus, iisq; Saturninis, invidis, subdolis capitibus dependeam. *Uni inservire gloriosum, pluribus molestum, multis, planè servile est.*

Illuxit tandem illa dies; quo anno gratiæ elapso, (quem strictè expectandum esse, vel prudens antiqvitas inve-

invenit, vel occulta proprii commodi utilitas posterorum propagavit) in locum Amplissimi, Consultissimi, atque Excellentissimi DN. ALBERTI HEINII, J. U. D. & Decretalium P. P. successus sum, qui quantum cum Antecessoribus suis in hac spartâ elaborarit, annales Academiae loquentur. Malo itaque hic tacere, & alto silentio res gestas, & literarum monumenta involuere, quàm in ignotis prolixus, & temporis prodigus videri. Constat unicuique benemerenti, & merito, sua laus & gloria, fama, & existimatio illibata, & perpetuò duratura. Quoniam autem impresentiarum Sereniss: ac Illustriss: Principis ac Domini, DN. GUSTAVI ADOLPHI, Principis mei Indulgentissimi Decretalium Professor constitutus dicor, utique nomen, quod à profitendo descendit, & officium mihi jure meritoque; in memoriam revocaturus sum. Officium proinde meum erit, ut Jus Canonicum in melius, h. e. in majorem semper utilitatem hominum honestam producatur, quemadmodum eleganter de Professoribus Juris Civilis Pomponius in *L. 2. §. 13. D. de O. F. reculit.* Ut per me, qui juri dicendo præsum, effectus rei accipiatur. Ut optimus Justitiæ, & Reipublicæ minister sim. *ep. 2. §. ult. D. præfixâ,* & quæ hisce sunt annexa, & à *Petro Rebuffo in Auth. C. Ne fil. pro patre,* copiosè recensita. His præterea, qui legitime officio suo vacant, *Imper. Constantinus M. in L. 6. C. de Prof: & Med. mercedes,* & salariâ reddi jubet, quo facilius liberalibus studiis, & memoratis artibus multos instituant: æquissimum enim est, laborem cujusque; dignâ compensatione remunerari, *argum. L. fin. & Gloss. C. de Alluvionibus. adde c. fin. & ii. Extra de Magistris,* quod & Serenissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, DN. GUSTAVUS ADOLPHUS, Dominus meus Clementissimus, mihi similiter promi-

promisit, nec, ut promeritū salarium per triennium, vel
quadriennium mihi subtrahatur, ullo verbo in Diplomate
cavit, quò spectat dictū Johan: Andreæ in *Gl. vel potius addit,*
in cap. sollicitæ. 6. versic. inter Solem & Lunam. Extra de Major: &
Obed. Quod ratione non capio, Astrologis relinqvo. Quæ
aliàs officium boni & diligentis Professoris spectant, optimè
ex L. un. C. de Professor: qui in urbe Constantinop. L. 2. C. de Profess.
& Medic. L. 2. C. de his qui non implet: stipend: Nov. 7. c. 9. in fin:
Nov: 39. cap: 1. percipi, & intelligentibus animis imbibi
possunt. Cum autem in more positum sit, & invetera-
ta, eaque laudabilis consuetudo poscat, ut novam Profes-
sionem auspiciaturi, officio, & lectionibus publicis Inau-
guralem Orationem præmittant, & spartam, quam publi-
cè ornaturi sint, vivâ voce commendent: Utique sele-
gi materiam, Professioni meæ accommodam, hac horâ
auribus vestris jucundam, & in posterum mentibus, & ani-
mis ASTRÆÆ consecratorum insigendam, nempe,
De Origine, Progressu & Usu Juris Canonici, ut
generalem Decreti, & Decretalium prægustum, in ulte-
riorem orexin, præciperetis, & nos maximum decus in
omne seculum sequeretur, secundum jussu Justiniani,
in §. 11. ep: 2. D. præfixa, & ibi Glos. Quod dum facio, ut
per horulæ spatium, hoc intensissimo frigore, aures atten-
tas & vacuas, more solito, mihi præbeatis, à vobis omni-
bus perblandè ac amicè contendo.

Juris,

40
Juris, quod professurus sum, ultima principia repetiturus, necessario in ipsos auctores accuratius inquirendum esse operæpretium fore ratus sum; cum in omnibus rebus animadvertero, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certè cujusq; rei potissima pars principium est, *L. 1. D. de O. F.* Nam, si in foro causas dicentibus, nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nullâ præfatione factâ, judici rem exponere: Quantò magis mihi, interpretationem Juris Canonici (quod ex ruinâ Imperii Romani; & potentiâ Romanorû Pontificum, post translata Imperii sedem Româ Constantinopolin, per Constantinum M. ortum est) promittenti, inconueniens erit, omissis initiis, atq; origine non repetitâ, atq; illotis manibus, protinus materiam interpretationis tractare. Namq; nisi fallor, istæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producunt, & cum ibi venerimus, euidentiorem præstant intellectum. *Origo autem Juris Canonici duplex est*; altera Decretum; altera Decretales epistolas spectat; altera GRATIANO; altera GREGORIO IX. acceptum ferenda est. Universum quippe Corpus Juris Canonici constat Decreto Gratiani (de cujus autoritate & inscriptione copiosè videantur, *Andreas Vallensis in parati. Decretal. p. m. 19. & Arthurus Duck de auctor. J. C. Rom. 1. lib. c. 7. §. 3.*) libris quinque Decretalium Gregorii Noni, Sexto Decretalium libro, autoritate Bonifacii IX. edito, qui & ipse quinque libros continet, & in illis aliorû etiam Pontificû Decreta, extra Bonifacii solius constitutiones, ut ex inspectione quilibet videre potest, continentur, ubi Cujacius valdè hallucinatus est, in *cap. 4. Exer. de Spons. & Matrimon. pag. 397.* Item libris quinque Clementinarum: & quatuor Extravagantium communium: leguntur
B
quidem

quidem; sed quart^o non exstat, præter quas sunt & aliæ viginti (ut in principio & fine earundem dicitur, aliàs saltem 14.) constitutiones seu Decretales Extravagantes Johannis XXII. quæ non distinctæ libris, sed titulis tantum. Ideo autem dictæ sunt Extravagantes, quod antea extra Corpus Juris Canonici, incertâ quasi sede vagarentur; Et inde adhuc idem nomen retinent, licet postmodum in ordinem librorum Juris Canonici redactæ sint. Sic enim & olim Extravagantes vocari cœperunt, omnes Pontificiæ constitutiones, quæ GRATIANI Volumine non erant comprehensæ, ut docet Abbas antiquus in *Præfat. Decretal. Gregorii IX. sub finem*: quanquam postmodum quoad Decretales, GREGORII IX. BONIFACII IIX. & CLEMENTIS V. hæc appellatio in usu esse desierit. His deniq; & postremo accessit Septimus Decretalium, ab eruditissimo Viro D. PETRO MATTHÆI, Juris Consulto, Lugdunensi collectarum, & in quinque libros distributarum. Illarum autem, quæ à Pontificibus posterioribus emanarunt, legitima collectio, & publicatio expectatur, non minor futura præcedentibus, ut pollicentur Bullæ, quas diversi, præsertim *Læus nius Cherubinus J. C.* magnis voluminibus comprehendit, teste JOHANNES STREINIO in *Prolegom. Juris Canonici i pag. m. 4.*

Prædictus autem Gratianus, Monachus S. Felicis, Ordinis S. Benedicti, patriâ, ut quidam volunt Etruscus, aut ut alii asserunt, Classensis, utpote Classiâ (pro quâ alii Gintsâ legunt) civitate Tusciæ oriundus, Decretum, seu Corpus Decretorum, ut ab INNOCENTIO III. (qui & *Cujacio & Giphano testibus*, excellens fuit Juris Consultus, vocatur; Bononiæ, (quæ mater & nutrix legum dicitur a *Gl. in L. & ab antiquis 31. in verbo Leges nostra, C. de Testam.* uti & *Berytus*

rytus vocatur, in *Proem: D. S. h. ec. 2. 7. ep. 2* tempore EUGENII
PAPÆ, ejus nominis tertii, & CONRADI III. IMP: A. C.
ut nonnulli arbitrantur 1109. alii; 1127. alii; 1141. alii; 1151. a-
lii; 1161. alii; 1192. uti habet autor in modo legēdi in utrōq;
Jure pag. 7. quod est falsissimum, fortasse inchoationem
pro consummatione operis annotantes, teste Bellarmin. de
Scriptor. Ecclesiast. de Gratiano. Secundum Gl. vero in c. post
appellationem 31 §. ego Adelinus. causa 2. q. 6. quam Calderinus
in *Proem: Decretal: & Cardinalis Alexander in Proem: Decret. cum
Wesensbesio, & Valentino Fō. siero in Histor. J. C. lib. 3. c. 71.* appro-
bant A. C. 1150. ætate nimirum IRNERII, Civilis Jurispru-
dentia instauratoris, in monasterio S. Proculi feliciter
compilavit.

Fuit præterea GRATIANUS Vir vitæ venerabilis, ab
ipso pueritiæ suæ tempore cor gessit senile, compositis mo-
ribus, & ex ephebis excedens, nulli voluptati sese manci-
pavit, sed breviam & aviam blandissimarum Dominarum vo-
luptatum, uti à Cic. in *Officiis* vocantur, surdis auribus præter-
vectus est. Hic idem GRATIANUS duos fratres, si non-
nullis scriptoribus fides astruenda est, habuit, perpetuam
memoriã dignos: alterum Magistrum Petrum Lombardum,
Episcopum Parisiensem, qui sagaci studio, ex dictis
sanctorum Patrum, librum sententiarum confecit: alte-
rum Petrum Presbyterum Ecclesiæ Trecentis, cognomē-
ta Comestorem, sive Manducatorem, qui fuit vir in divi-
nis literis exercitissimus, & eruditissimus: atque in se-
cularibus literis, in ligatâ & solutâ oratione promptissi-
mus. Comestor autem, sive Manducator iccirco dictus est,
quod scripturarum auctoritates in suis sermonibus & opu-
culis crebrius allegando, quasi in ventrē memoriæ man-
ducaverit. Refertur à nonnullis, hos tres Gratianum,
B 2 Petrum

Petrum Lombardum, & Petrum Comestorem fuisse Germanos ex adulterio natos. Quorum mater cum in extremo vitæ agone peccatū suum confiteretur: & confessor redargueret crimen perpetrati adulterii, quia valde grave esset, & ideo multum deberet dolere, & pœnitentiam agere. Respondit illa: Pater, scio, quod adulterium peccatum magnum sit; sed considerans, quantum bonum secutum sit, cum isti filii mei sint lumina magna in Ecclesiâ: ego non valeo pœnitere. Et confessor ad eam: quod filii tui sint notabiles viri, & opera utilia fecerint Ecclesiæ Dei, non ex te: sed ex dono Dei est: ex te autem adulterium, crimen magnum: Et de hoc doleas. Et si non habes tantum dolorem, quantum exigit tam horrendum scelus: de hoc tamen doleas, quod non potes dolere. Alii tamen, quod verius est, contrarium attestantur, eos videlicet, nec Germanos, nec coætaneos fuisse, non autem longo temporum intervallo se invicem excepisse. Claruit enim GRATIANUS temporibus HENRICI IV. Rom: Imperatoris A.C. 1120. PETRUS LOMBARDUS ex Novariâ sub CONRADO Imperat: 1140. Et PETRUS COMESTOR Trevis Gallus, sub FRIDERICO I. A.C. 1160. Composuit igitur Vir venerabilis GRATIANUS, Vir in divinis scripturis eruditissimus, & mirabili studio flagrans, ingenio promptus, & clarus eloquio: vitâ quoque & conversatione insignis: Decretorum volumen insigne, ex scriptis Prophetis & Apostolicis, c. 5. D. 11. adde c. 1. D. 1. & quatuor primis Conciliis, secundum Nov. 137. & D. 16. veterum statutis, sanctionibus & scriptis, quo Juris Canonici Professores in judiciis & scholis usque in præsens honestè & utiliter utuntur.

Capita autem, quæ in Codice canonum ex Græcis Synodis

nodis citantur, à Dionysio Exiguo in linguam Latinam
conversa sunt. Plura videantur in *Ebingeri Apostolorum, & Sancto-
rum Conciliorum Decretis, & in Gratiani viâ à Decreto A.C. 1528. edito,*
subjunctâ, ubi & in præf. ad Lectorem de nomine Gratiani,
hi leguntur versus, qui quidem quâ materiam & sensum
boni: quâ quantitatem autem & numerum sequiores:

Gratia cui nomen præbet doctissimus autor

Propagavit opus dogmata diva gerens.

Ecclesiæ sanctæ Doctores ipse citavit

Scriptis major ut his sit tribuenda fides.

Divinum quid habes: nec fallit opinio verax,

Humani non est pectoris ille liber.

Præclarum torvâ non spectes fronte volumen:

Lumina ne tollat sanguinolenta DEUS,

Irruet: & tristis medium te rhômpea scindet,

Si Decreta DEI vis temerare pii.

Hujus compositionis memoria conservatur Bono-
niâ apud D. Petronium, ad sacellum D. Sebastiani.

D. O. M.

Gratiani Clusini Cæsarei Jur. & Pontif: enucleatoris
prope divini, qui monachus in martyrum Felicis & Nabo-
ris æde, (alii Narbonis) absolutissimum ibidem opus De-
cretorum anno Gratia M. C. LI. compilavit, monumen-
tum: quod illi carie ruderibusq; obsorduerat, hic magni-
ficentius renovatum, Johannes Franciscus Aldobrandinus
Bononiensis III. Dictator ære publico instauravit:

Anno salutis M. CCCC. XCVIII. (alii 1499) Idibus
Junii: Johanne Bentivolo. II. PP. Rempublicam feliciter
gubernante.

Et in æde S. Felicis, ubi Gratianus edidit opus De-
cretorum, in saxo vetustissimo, quod nunc in sacrario re-
conditur:

Hanc ave partem Lector reverenter adito:
Namque loci monachus Decretum hic condidit hujus,
Divinum Gratianus opus quantumlibet arcto
Contentus septo: quod reparando caducum
Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse.
Id tamen Abbate constructum est Bartholomæo,
Mille trecentis decies septem atque quaternis
Annis à Christo pura de virgine nato.

Valentin Forster, in Histor: Jur: Civil: Rom: lib. 3. c. 7. p. 472.

Hic ulterius sicco pede non prætereundum, in Ecclesiâ Romanâ, omnium aliarum magistra *c. 2. Extra, de Summâ Trinit:* (Quis enim nostrum laudum encomia in Jure Romæ tributa ignorat? Ut Legum originem anterior Roma sortita est: Ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse, nemo est, qui dubitet. Unde & nos, *inquit Justin: Nov. 9. in Prefat:* necessarium duximus, patriam legum, fontem sacerdotii, speciali nostri Numinis Lege illustrare. *Et in L. 33. D. ad Municip:* Roma communis nostra Patria. *Ec in §. 10. de Concept: Dig: & L. 3. C. de Consul:* Orbis terrarum caput dicitur) asservata fuisse Pontificum Decreta, & Conciliorum Canones, ac cæteris Ecclesiis dehinc communicatos esse.

Generalia autem Concilia (ut omittam nominis Etymologiam *in Can. Canones 1. D. 15.* expressam, & divisionem in Ecclesiasticum, & seculare: Ecclesiastici rursus *secundum Gl. in c. convenientibus 4. causâ 1. q. 7.* in Universalia seu Generalia; & Localia seu Particularia, *de quibus videatur D. 17.*) in universum duntaxat Gratianus noster novem recenset, quot scilicet ad ejus usque ætatem fuêrunt celebrata: alioquin plura sunt. Equibus quatuor primatum obtinent, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chal-

& Chalcedonenſe, quæ ab Eccleſiâ Catholicâ, tanquam
quatuor Evangelia probata, & recepta ſunt, c. 1. §. *inter cœ-*
tera, & c. ſicut 2. D. 15. d. Nov. 131. c. 1. ubi ea Θεως υἱους, & ὁμο-
τα ἢ ἀγίων πνευμάτων, quæ inſtar ſacræ ſcripturæ habenda ſunt,
appellat. L. 4. & 7. §. *per omnia ſequentes*, 4. C. de Summa
Trin: Vide pluribus Vallenſem in Proœm: parati: §. 9. p. m. 22.
& 23. & Rittershuſ: in differ: Jur: Civ: & Canon: p. m. 7. Arbu-
rur. Duck de autor: Jur: Civ: c. 7. §. 2. Photius cap: 2. tit: 1. &
ib. Baſamon. Quinimò in uſu præcipue videtur fuiſſe
collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. *h Romanorum 1. D. 19.*
Codicem Canonum nominat, in quo continebantur Ca-
nones, & regulæ illæ, quæ recensentur à LEONE IV. *Can.*
de libellis 1. D. 20. Hujus Codicis tria manuſcripta exem-
plaria Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ aſſervantur. Extat
etiam impreſſus Moguntix, *A. ſalutis 1525.* Eſt & alius Co-
dex, qui in fine operis divinus ac inſignis dicitur, Nõri-
bergæ 1483. editus. Decreti hujus undeviginti Exemplaria
manuſcripta, partim ſine Gloſſis, partim cum Gloſſis, du-
odecim quidem ex Vaticanâ, reliqua verò ex Bibliothecâ
Marcelli Papæ II. Cardinalium Verſellensis, & Sirleti, Mi-
chaëlis Thomæſii Epilcopi Iſeidenſis, Achillis Stathii, extant.
Vid. in Corp. Gloſſ. in Inſtit. prima D. præfixo. Repertus eſt autem
in vetuſtiſſimo Cardinalis Vercellensis Codice Creſconii
ad Epilcopum Liberinum quidam quaſi nomocanon,
in quo cum pluribus cauſarum titulis propoſitis, expo-
natur deinde, quibus Synodorum, ac Decretalium Epi-
ſtolarum locis cauſa illa tractentur: capita capitibus Mo-
guntini Codicis, & numeri numeris optimè reſpondent.
Quæ quidem à Creſconio adhibita diligentia ſatis indicat,
frequentiſſimum fuiſſe hujus collectionis uſum. Cœte-
rùm inter privatos collectores, qui multò plura congre-
re ſtu-

re studuerunt, perantiquus est ISIDORUS: cujus collectio protenditur à Canonibus Apostolorum, uti vulgo dicuntur, ad Concilium Hispalense 2. sub Honorio Papa, vel ut alii volunt, sub Bonifacio V. celebratum *A.C. 652. Sirenio teste in Præfat. Summa Jur: Canon:* habeturque in duobus Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ: extat autem impressa in editionibus Conciliorum. Isidorum hunc Igmarius Archiepiscopus Remensis *in libris de Synodu* celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam *Trithemius* librum Decretorum esse conscriptum: ac certè multa verba, quæ in præfatione hujus collectionis leguntur, sunt *in libro quinto Etymologiaum*. Secutus deinde est (ut de iis primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) BURCHARDUS Wormaciensis Episcopus, OTHONIS III. & HENRICI II. Bavari Imp: atate; *circa A.C. 1020.* qui non ordinem temporum, & Provinciarum; ut *Isidorus*, sed rerum, & causarum sibi sequendum putavit; iisdem vestigiis, parvo tempore interjecto, institit IVO si Ipho Carnotensis Episcopus, ex Britannia claris & opulentis parentibus oriundus, & Pontificis auctoritate inter Divos relatus, cujus memoriæ festus dies 6. Septemb: quotannis decretus est, in postillo, *circa A.C. 1090.* multa ex Pandectis & Codice Justiniano admiscuit: sed ortâ interim BERENGARII, ut Catholici sentiunt, heresi, multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & Codice: dum de laicorum quoque officiis sibi agendum putavit, quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo Volumina, Ivonis nomine inscripta, eandemque habentia præfationem: quorum unum, Pannomia; alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi quædam est appendix. Verum

rūm in hoc eodem anno, alii etiam gravissimi Viri, (quorum libri partim in publicis; partim in privatis Bibliothecis manuscripti habentur) CRESCONIUS, ANSELMUS, DEUSDEDIT Cardinalis, postea Pontifex, GREGORIUS PRESBYTER, qui volumen suum Polycarpum inscripsit, aliiq; nonnulli præclare se exercuerunt, suamq; operam probaverunt. Novissimus istorū omnium præter autorem Pannomiæ (nam is recentior fortasse est) GRATIANUS Monachus Benedictinus, qui nō tantum Decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit; sed Ivonis fortasse præfatione excitatus, eò potissimum incubuit, ut certis quæstionibus propositis, quid in utramq; partem ex canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret, omninoq; eorum varietatem, quæ speciem diffensionis habebat, ad concordiam, revocaret. Unde *Concordia discordantium Canonum*, loco inscriptionis usurpata, originem traxit. Coeterum in longo, ac perdifficili opere, multa à parum æquis hominibus exagitabantur, nonnulla pii etiam & verecundi interdum desiderabant. Quamobrem ne hujusce celebratissimi & gravissimi Codicis vacillaret autoritas, placuit primum PIO IV. ac subinde PIO V. & GREGORIO XIII. ut illi corrigendo summa opera darentur, menda librariorum, & testimoniorum depravationes tollerentur, si quæ etiam in re GRATIANUS, ut homo, minus vidisset, modestè notaretur, ipsaq; omninò capita suis autoribus quàm diligentissimè restituerentur. Plura de hisce legi poterunt in *Præf. ad Lectorem Decreti*, ubi & de paleis, earumq; significatione informabuntur auditores. *Addatur Ricershusus in differ. Jur. Civil. & Canon. pag. m. 8. 9.*
¶ U S itaque Canonicum est, secundum Danielem Venatorium

C

torium

torium in *Analysi*, quod *Decretis Pontificum, statutis q³*
Conciliorum, tam Generalium, quam Provincialium
constat normam rectè vivendi ostendens, sic dictum à
Græcâ voce *νόμος*, id est, norma, atq; regula rectè vivendi,
c. 1. & 2. D. 3. Ex quâ definitione benè explicatâ colligi-
tur, causam materialem seu Objectum Juris Canonici esse
actiones regulis Ecclesiasticis dirigibiles: Efficientem ve-
rò esse Magistratum, seu Prælatos Ecclesiæ: Finalem Ec-
clesiæ bonum regimen & disciplinam: Formalem deniq;
ipsam honestatem, seu æquitatem, quam Canones præscri-
bunt, inq; suorum moribus Christi Ecclesia requirit. *Lan-*
cellor: Canis. Vallenfis in Paratiz. & Sirenius p. 2. in prolegom.

Cujus partes sunt duæ, Decreta, & Decretales.
Decreta sunt constitutiones Ecclesiastica, à summo
Pontifice, sive in Concilio, sive extra Concilia facta:
nemine postulante, aut consultante. Quarum farrago
veluti quædam est Decretum Gratiani: in quo sententiæ
communes ex Conciliis, & scriptis Doctorum Ecclesiæ
continentur: perinde ut in Pandectis, sive Digestis, vete-
rū Jctorum responsa & sententiæ. *Partes autem Decre-*
ti sunt tres pro ratione trium Objectorum juris, quæ sunt
Personæ, Res, Actiones. *L. 1, 2. D. de Stat: hom. §. ult. J. de J.*
N. G. & C. W. tenbec in Oecon: p. m. 660. Nam ad modum Pan-
dectarum, totum hoc opus Gratiani, quod Decretum no-
minatur, ferè compositum est. Prior continet centum
Distinctiones, & unam insuper, quæ viginti prioribus ex-
ceptis (quæ sunt veluti quædam prolegomena, pertinen-
tia ad partes ipsius Juris Canonici demonstrandas, defini-
endas, distinguendas) pertinent potissimum ad officia
ministratorum Ecclesiasticorum definienda, & distinguen-
da. Alte-

da. Altera materiam rerum juridicarum, & judiciorum Ecclesiasticorum complectitur, per causas 36. & varias earundem quaestiones, in utramque partem per rationes dubitandi ac decidendi disceptatas, aptè distributam: quibus & poenitentiae tractatus subiicitur, *in causâ 33. q. 3.* septem titulis, s. distinctionibus comprehensus. *Sunt autem causa, casus quidam, seu hypotheses, quas ipse Gratianus fingit, unde quaestiones postmodum deducit, autoritate Canonum definiendas.* Versus de causis, earumque quaestionibus hi circumferuntur, quos Studiosi Juvenes memoriae mandare poterunt:

Sub magni longâ Decreti parte secundâ,
Sex & triginta causas reperire licebit.

Causarum quaestiones sunt 172. his similiter versibus expressa:

Quaestio centuplex & septuagesima duplex
Est in causarum tractatu rite notata:

Versus singulares, in quibus singula vocabula seriem & numerum causarum demonstrant: & singulae literaë numerum quaestionum, quae causis continentur, designant, numerus prior causas innuit, secundus quaestiones, hoc modo:

1. 7.	2. 8.	3.	11.	4. 6.	5. 6.
Discere. causarum. Quarumlibet. ordine. membra					
6. 5.	7. 2.	8. 5.	9. 3.	10. 3.	11. 3.
Optes. Ut. Doceo. Sed. Non. Sis. Deses. Et. Anceps					
12. 2.	13. 2.	14. 6.	15. 8.	16. 7.	17. 4.
Instanti. Dabitur. Quod. Tu. Vis. Quod. Petis. Illud.					
18. 2.	19. 3.	20. 4.	21. 5.	22. 5.	23. 8.
Efficies. Res. Id. Famatum. Te. Dat. Ad. Omnes.					

31. 3. 32. 8. 33. 5. 34. 2. 35. 10. 36. 7.
Ulu. Doctrina. Tutum. Si. Constituas. Te.

Carmina subjecta, eandem prorsus materiam com-
plectuntur, neque sunt sententiæ salubris expertia:

Tempora labuntur, veritantibus indita formis.

Dives te lædit res tua. Nam miser es.

Sperne fluentia, respice, cras, ea non tibi sumes

Multa recondis, cur? Ut moriens ea des.

Da celer, est siquidem tutum, da præveniens te.

Causæ ipsæ triginta lex patent per XXXVI. vocabu-
la, in septem subjectis versibus posita, ex quibus non tan-
tum numerum, sed etiam principalem materiam cujusli-
bet facile cognosces. Quilibet quinque vocabula com-
plectitur, dempto ultimo, qui sex habet:

| | | | | | |
|-------------|-----------|------------|-----------|-----------|-----------|
| 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | |
| Simon. | Appellat. | Spoliatus. | Teste. | Libello. | |
| 6. | 7. | 8. | 9. | 10. | |
| Infames. | Vivens. | Successor. | Solve. | Regendo. | |
| 11. | 12. | 13. | 14. | 15. | |
| Censuram. | Testor. | Funus. | Fœnus. | Furiosus. | |
| 16. | 17. | 18. | 19. | 20. | |
| Monachus. | Occidit. | Abbates. | Claustra. | Volentes. | |
| 21. | 22. | 23. | 24. | 25. | |
| Commendat. | Jurans. | Pugnas. | Hæresis. | Violatas. | |
| 26. | 27. | 28. | 29. | 30. | |
| Sortilegus. | Sponsis. | Infidis. | Serviat. | Infans. | |
| 31. | 32. | 33. | 34. | 35. | 36. |
| Mœcha. | Coit. | Mente. | Dubitans. | Gradibus. | Rapiente. |

Tertia totius Jurisdictionis, ac ministerii Ecclesiasti-
ci jura, ritus, ordinationes, consecrationes, & ejusdem
generis alia, quinque distinctionibus explicat, adjuncto ti-
tulo

tulo de consecratione. Recitantur de hoc volumine, e-
jusq; tribus partibus vulgati versiculi, quos *Forsterus* hoc mo-
do refert:

Una cum centum Distinctio, sit tibi prima,
Sex ac triginta causæ sunt parte secundâ
Tertia consecrat, ac finit distinctio quinta.

Autor in modo legendi in utroq; jure, h. m.

Decretum centum Distinctiones dat & unam,

Triginta causas & sex addit tibi mixtas,

Distingvit septem penitentia, consecrat quinque,

Authorem quarum tibi declaro Gratianum.

*Stronius hunc in sensum: ut & Sebastianus Brandi in expositione
de titulis utriusq; juris, p. m. 433.*

C. Distinguit, & J. Causas dant X. tria cum VI.
Penitet V. versum: sed conservare reversum.

Dominicus Baptista de S. Blasio, in repetitione pri-
mæ rubricæ Decreti dicit, canones esse ter mille & nona-
ginta, quos his versibus complexus est:

Si numeres cautè ter mille capitula lector

Atque decem novies Decretum continet in se.

*D. Seuck in Introduct. Jur: Justin: in part: 1. §. 8. ita connume-
rat. Prima Decreti pars continet Distinctiones 101, & cano-
nes 974. Secunda 36. causas, & 172. quæstiones. Quæstio
vicissim unaquæque in certa distincta est capitula, quo-
rum sunt 2478. si connumerabis illas quæstiones, quæ certa
capitula non habent, 2482. Tertia est de Consecratione,
& continet 5. Distinctiones, & canones, 396. Ita ut inte-
grum Decretum sit canonum 3848, connumeratis dictis
quæstionibus, quæ in certa capitula non sunt dispositæ,
*Hæc Osterm. refert eodem modo in paratit: Jur: Canon: Disput: 3. U-**

niversum Jus Pontificium, uti hodiè circumfertur, continet capitula 6468 *Seuck. cii. l.*

Si itaque ex priori parte canon aliquis allegetur, citatur initium Canonis, adjuncto numero Distinctionis, h. m. *Canon: omnes. Dist: 1.* Si ex secundâ citatur; similiter initium canonis, & subjunguntur; aut antecedunt notæ numerales duæ, quarum prima per se, nullo alio adjuncto, demonstrat causâ numerum & ordinem, secunda numerum & seriem quæstionis ei causâ subjectæ, *h. m. can: gratia. 1. q. 1.* Si ex tertia, eodem modo citatur initium canonis, & numerus Distinctionum, hoc adjuncto, de Consecratione *h. m. Can. Tabernaculum. D. 1. de Consecrat:* Et quia causâ 33. q. 3. continet magnum & diffusum tractatum de Pœnitentiâ, qui & ipse in 7. Distinctiones dividitur, sic allegari solet: *Canon: Petrus. de Pœnitentiâ. D. 1.* Et hæc hucusq; de origine, & progressu Decreti illitis chartæ literis adumbrare volui. Quid si uberem divinarum sententiarum campum ordine pervolveremus, ô bone DEUS! quanta sese hic multitudo ultrò offerret? Tanta sanè, ut si optio alicui concessa foret, vix tantò eligere posset, quarum præstantia aliis præponderaret. Nolite proinde contemnere, & despiciatui habere, Decretum, qui enim conformiter vivunt Decretò Gratiani, hi possunt esse boni Christiani. Non enim in dicendo, sed faciendo Christianismus consistit, non ut cum Pharisæis, aliorum humeris juga imponamus, & à nostris eadem excutiamus: non ut Christianas virtutes hinc inde pro cathedrâ crepemus; corde autem & opere effectum earundem negemus: non ut Christianas virtutes Spem, Charitatem, Misericordiam proximo inculcemus, & quando miser ad nos venit, ne hilum aut *ꝑꝑ* eorum, quæ modò Stentorea voce detonimus, adimplere velimus, prout suo tempore *Mantuanus rectè cecinit.*

De vir-

De virtute loqui minimum est, virtutibus uti

Hic labor, hoc opus est. *Ei Theognis noster addere solitus:*
Parum aut nihil virium esse in verbis ad virtutem: Nam loqui de virtute perniciosi possunt, qui tamen virtutis vim (ut lippi solem) & splendorem fugiunt. Talis non fuit Gratianus, dictum factum, verba sua consequentia rebus esse voluit, non fuit homo duplex, *ut dicitur. in Gloss L. 9. D. de Praetor. stipulat. novit, ex L. 1. D. de Extraord. Cogni.* Studia nostra esse *ἐλευθερία*. & liberalia, utiqve nullis sumptibus, nullis vigiliis, nulli temporis pepercit; sed ipsos dies, hem! quid dico dies? Imò ipsas noctes cum diebus, sine ullâ temporis intercapedine, huic operi, cum utilitate multorum perficiendo, alacriter impendit. O GRATIANE! gratâ mente, ac animo, perpetuas grates tibi persolvemus.

Seqvuntur ordine Decretales, quarum autor GREGORIUS IX. qui circa tempora Accursii, & annum Domini 1231. *teste Wesenbec: in Oecon: Jur: Canon: p. m. 662. (Försterus in Histor. J. C. R. lib. 3. c. 13. ita refert: Paulò ante Accursii obitum, hoc est, A: C: 1217. Henricus natione Anagninus, Et nepos Innocentii tertii, Pontifex Maximus factus est, & Gregorius IX. appellatus) vixit, & FRIDERICUM II. Imp: excommunicavit* Quoniam autem quindecim ad hæc usque tempora GREGORII Pontifices fuisse memorantur, nonnullorum, qui inter ipsos & virtutibus, & vitiis claruerunt, præcipuas res gestas, memoriâ dignas, uno & altero verbo, in antecessum delibabimus. GREGORIUS itaqve Primus, Magnus dictus, clarus fuit Pontifex, is Servus Servorum DEI, Constantinopolitano Patriarchæ, Episcopi Universalis titulum abrogavit. De eodem fabula refertur: An TRAJANUS Imp: per preces GREGORII Papæ Romani ex inferno liberatus, in cælum transferit?

nerit? *Vide Theatr: Christiani Matthiae popularis nostri p. m. 178:*
ubi optimè eandem refutavit. GREGORIUS Junior
propter Iconomachiam à LEONE Imp: defecit, & cum
Francis foedus iniit, neglecto Græco Imperatore GRE-
GORIUS Septimus est primus, qui Majestatis Imperato-
riæ jus convellere ausus est. Is GREGORIUS pri-
mò HENRICUM IV: Imper: & BOLESLAUM Poloniae
Regem excommunicavit: sub hoc Sacerdotibus interdi-
ctum est matrimonio: Hic idem ille est, quem Episcopi
in Concilio Brixiae congregati, ut divinationum & somni-
orum cultorem, Necromanticum, & Spiritu Pythonico
præditum damnarunt, *referente Abbate U. Speng. in Chronic.*
An. 1080. GREGORIUS autem NONUS, Jus Canon-
icum in justam consonantiam redegit, ab innumeris men-
dis, & testimoniorum depravationibus repurgavit, quod
postmodum GREGORIUS XIII, unam cum Glossis tribus to-
mis in folio 1582. elegantibus typis committi jussit. Ex qui-
bus videtis, Auditores, laudanda pariter & culpanda ab hi-
sce GREGORIIS patrata esse. Maximam autem lau-
dem GREGORIO nostro IX. Prudentissimo ac Magni-
ficentissimo Pontifici, *uti Sirenius ipsum vocat,* propter Juris
Canonici emendationem, methodum, & ordinem, ut in
scholis & Academijs ritè doceri, & prælegi possit, uno ore
omnes assertum imus. GREGORIUS hic IX, natione
Hernicus, patriam Anagninum, è familiam Comitum, IN-
NOCENTII Tertii Nepos, mortuo Romæ HONORIO
Papa III: Romanus Præsul, *A. C. 1227.* creatus est. Circa
istud tempus FRIDERICUS Imp: putà *A. C. 1240.* civita-
tes Italiae in duas factiones primum divisit: ita, ut qui
Pontifici faverent GVELPHI: quive Imperatori, GIBEL-
LINI appellarentur: Quæ quidem teterrimarum factio-

num

rum nomina ad perniciem humani generis inventa sunt, teste Platina in *vita Gregorii nostri*. Hic, hic inquam GREGORIUS IX. post antiquam seu *παλαιάν*, & primam Decretalium collectionem BERNHARDI PAPIENSIS, (aliàs sex sunt collectiones, licet quinta nondum sit edita, & sexta collectione GREGORII IX. tam in Ecclesiastico, quàm in seculari foro utamur) varias Constitutiones & Decretales epistolas prædecessorum suorum in unum volumen redigendas curavit, *A. C. 1230. teste Vallensi, p. m. 16.* adde Streinius in *Præf. ratione compilationis Decretalium, Vid. Arthurus Duck p. m. 105. 106.* & per eas, omnes anteriores Decretalium editiones & compilationes (non tamen sine Latinorum, ut constat ex *Sexto Pompejo Festo lib: 3. de ver: verb: signif. exemplo,* (ubi compilare, inquit, est cogere, & in unum condere) quæ variæ erant, partim approbatæ, partim reprobatæ, teste *Bræcio Epone lib: 2. de Jure sacro, à n. 13. quem Andreas Vallensis in Paratit: Corporis Canonici suum Præceptorem allegat, p. m. 15.* Hic idem GREGORIUS epistolas Decretales sub nomine Decretalium potius edidit, quàm sub nomine Decreti, uti GRATIANUS suum opus ediderat, sumptâ appellationis ratione à majori parte eorum, quæ in iis continentur. Nam quia in his libris duplo plures sunt epistolæ S.S. P.P. quàm sunt reliquæ autoritates simul junctæ: apud GRATIANUM verò è contrario longè plura Conciliorum Decreta, quàm Pontificum Constitutiones, vel Decretales epistolæ: Ideò GRATIANUS suam collectionem seu compilationem Decretum appellavit, (quoniam à potiori fit denominatio *L. 1. ubi DD. D. de V. O. L. Imperium 3. D. de Jurisd: ubi Jason: Felinus in rubr: de Officio & potestate Jud: de legari*) & GREGORIUS IX. suam Decretales, unde & meliori modo ac jure, quod olim, & nunc Serenissimi nostri

D

Prin-

Principes in Diplomatum Juris Canonici Professionis ob-
servarunt, Decretalium dicor Professor, quàm Decreto-
rum. Quomodo autem Imp: noster Fl: Justinia-
nus, ope Triboniani, Dorothei, & Theophili, ut & alio-
rum, in concinnandis Digestorum libris usus est: Ita &
GREGORIUS noster, viribus suis solum diffidens, Frat:
Raymundo curam hujus operis fideliter commisit, quo
adjutore idem etiam feliciter perfecit. Fuit autem is Fr.
RAYMUNDUS de Pennaforti, natione Cathalanus, pa-
triâ Barchinonensis, GREGORII nostri capellanus, & po-
nitentiarius, ex ordine Fratrum Prædicatorum, ac ipsius
Ordinis tertius Magister Generalis, religione & eruditio-
ne clarus, qui ita teste *Platinâ*, laudatur, ut majori commen-
datione nemo laudari possit. In quam collectionem
BERNARDUS de BOTONO Parmensis, & Canonicus
Bononiensis, Glossas eruditissimas edidit, uti ex alterâ se-
rie Corporis Glossati in folio patet. Mortuus autem
GREGORIUS IX. *referente prædicto Platinâ*, ex tristitiâ, Ponti-
ficat⁹ sui anno, decimo quarto, mense tertio, cum paulò an-
te tanta Solis Eclipsis apparuisset quanta nunquam antea.
*Sunt autem Decretales, Epistola Pontificum, ad con-
sultationem cujusdam alterius, vel de ritibus & Ce-
rimonis Ecclesiasticis, vel de causis & negotiis fo-
rensis constituta:* instar Rescriptorum & Constituti-
onum Principalium, quæ in Codice habentur. *Et sunt
vel antiquæ, vel novellæ.* Decretalium Epistolarum
antiquarum libri sunt quinque: in quibus omne Jus Ca-
nonum, ad judiciorum rationem & ordinem à GREGO-
RIO: Sicut Jus Civile in Pandectis, & Codice à JUSTI-
NIANO Imp: Digestum atque concinnatum est. Ac pri-
mo

mo quidem libro Decretalium, post Juris Canonici principia, (quæ τὰ πρώτα in Digestis vocantur, & solent orationes infinitæ, νόμοι ἐπιπέμφασι, Ammonio, παρασκευάσει. & præcepta & fontes omnium legum, κεινὰ ἐννεα ἢ κατὰ ληψει Φυσικῆ, & ἀξιώματα ἡθικῆ, τὰ πρώτα ἀκίνητα appellari, historica & philosophica principia inscribi) statim exponuntur, Ordines, Gradus, Jurisdictiones, Officia Magistratuum eorum, qui Ecclesiæ præfunt, ac deinde, priusquam ad judicia ipsa deveniat, subjungit quædam præparatoria judiciorum, nec non quædam, quibus controversiæ ante litis ingressum amice componuntur, ut sunt: pacta, transactiones, procurationes, postulationes, restitutiones in integrum, & arbitraria. *Vide Nicolaum Reusnerum, in Oeconomia juris Canonici, p. m. 122. ex quo Vallensis, suppresso ejus nomine, eadem ferè à verbo ad verbum habet, in paratit. p. m. 17. Addatur & Wesenbecius in Oeconomia juris Canonici, p. m. 662. & 663.* In secundo v. libro, universam judicarii ordinis rationem ac modum, partes, progressus, & exitus, tam in Civilibus, quàm Criminalibus: quod multis præceptis communibus regatur, tradit ac explicat. In tertio, & quarto agit de materia, seu causis Civilibus, quæ in judicium Ecclesiasticum deduci solent: & sunt partim solorum Clericorum, ut Ecclesiastica beneficia; partim Clericorum & Laicorum simul, ut Contractus, testamenta, usus sacrorum, de quibus libro tertio; partim denique solorum Laicorum sunt peculiæres & propriæ, ut causæ matrimoniales, de quibus libro quarto. Et denique in quinto subjicit causas judiciorum criminales. Hisque omnibus, exemplo Pandectarum, ad extremum adjungit duos titulos generales, alterum de Verborum significatione, alterum de Regulis Juris. Quorum librorum summa, & argumentum veteri illo versiculo declaratur: Lib. 1.

1. 2. 3. 4. 5.
Judex. Judicium. Clerus. Sponsalia. Crimen.
Hæc tibi designant, quid quæq; volumina signant.
Pars prior officia parat Ecclesiæque ministros,
Alterâ, dat testes, & cœtera judiciorum.
Tertia de rebus, & vitâ Præsbyterorum:
Quarta docet, quales sint nexus conjugiorum.
Ultima de vitiis, & pœnis, tractat eorum.
Vel ut nuper Streinius in summa Jur: Canon: alle-
gavit. p. m. 4.

Personas celebrat pars prima, secunda tribunal,
Tertia de Clericis, de Sponsis quarta laborat.
Ultima constituit pœnas, & crimina damnat.

Cœterum his quinque libris Decretalium Epistolaru-
rum antiquarum accesserunt postea nonnullæ aliæ, uti supra
brevibus monuimus, instar Novellarum constitutionum
Codicis Justiniani, peculiari quidem libro à BONIFA-
CIO IIX. (*De quo celebre est illud elogiū: Intrasse ut vulpem,
regnasse ut Leonem, mortuum esse ut canem, testibus Pla-
tinâ de vitis Pontificum, & Johanne Balæo Anglo. Quibus au-
tem artibus infulâ Papali ampliatus fuerit; & quemadmo-
dum primus anni Jubilei celebrationem instituerit, quin-
imò primo ejus festi die, habitu Pontificali incesserit, se-
cundo indumento Cæsareo, nudum præferente quodam
aulico gladium, templum ingressus sit, & altâ voce, post-
quam confederit, exclamaverit: Ecce duo gladii hic: &c.
copiosè docet, Mattheus Dresserus in millenario sexto p. m. 120.)
P. M. circa A. 1294. teste Streinio, secundum Wesenbecium 1298.
comprehensæ, qui sextus liber inscribitur, de quo testatur
Cujacius ad c. 4. X. de sponsal: & matrimon: Sextum Decreta-
lium in Galliâ nunquam fuisse receptum, propter capita-
les*

Ies inimicitias, quæ inter Reges Galliarum, inprimis Phi-
 lippum Pulchrum, & Bonifacium Octavum intercesse-
 runt. Itemq; Clementinæ à Clemente V. sic appellatæ,
 similiter in quinque libros, & eosdẽ titulos dividuntur, qui-
 bus postremo loco additæ sunt à JOHANNE XXII. episto-
 læ seu Constitutiones, 14. titulis constantes, quæ Extrava-
 gantes appellantur, *An. C. 1320.* vel, ut *W. Tenbrunckius auctumat.*
 1329. Ac super hæc postmodum editæ à variis Pontifici-
 bus constitutiones, quæ nullo certo deinceps autore in li-
 bros Extravagantium, quarundam vice legum Imperiali-
 um, eadem tamen, quæ Decretales methodo, iisdemque
 sub titulis sunt relatæ, ut *L. un. verb. extra corpus Codicis vaga-
 bantur C. de Emendando Cod. vide extra Nov. Friderici extra collat. 10.*
 In quibus omnibus, uti dictum, eadem ferme ratio & me-
 thodus, quæ in Decretalibus antiquis observata est, nisi
 quod aliis allegationibus utamur. Decretales enim con-
 stant libris, titulis, & capitibus, non canonibus, Distincti-
 onibus, causis, aut quæstionibus. Igitur si allegandæ sint
 Decretales GREGORII IX. citatur initium, vel numerus
 capitis, & titulus, adjuncto vocabulo Extra, & quidem bre-
 vitatis causâ hoc signo. X, etiam nulla librorum mentione
 factâ, vel in antiquis, h. m. c. 20. *super literis. Extra de Rescri-
 ptis*, quasi essent extra GRATIANI Decretum, quod prius
 tempore fuit. Sed & aliàs ascribitur in antiquis, ad dif-
 ferentiam libri sexti Decretalium, qui post GREGORI-
 UM IX. jussu BONIFACII VIII. uti dictum, editus fuit, &
 potissimum complectitur Constitutiones Summorum
 Pontificum, quæ post quinque libros Decretalium GRE-
 GORII IX. editæ sunt, vel ab ipso BONIFACIO, vel ab ali-
 is, qui GREGORIUM IX. secuti sunt, & ipsum Bonifaci-
 um præcesserunt, complectuntur. Item statuta Concilii

Lugdunensis, quod habitum fuit sub INNOCENTIO IV. qui secundus ab ipso GREGORIO IX. Summus Pontifex fuit. Quoties igitur sextus Decretalium allegatur, ponitur numerus, aut initium capitis, aut utrumque, & titulus similiter, hoc adjuncto, in sexto, vel apud BONIFACIUM, *b. m. cap. 19. si propter de Rescriptis in sexto, vel apud BONIFACIUM.* Liber sextus Decretalium etiam dividitur in quinque libros, & eosdem titulos, sed pauciores. Nam libri quinque Decretalium continent titulos 187. secundum hos versus, qui in corpore Glossato rubricis subjunguntur:

Centum Rubricas, octogintaque Volumen,
Gregorii Noni ponit, quinas superaddens.

Ac septuaginta septem numerat tibi Sextus
Ex Clemente duas quinquagintaque notabis.

Sextus verò non nisi 77. *Sireinum pag. 4.* Si autem libri Clementinarum, qui continent 52. titulos, sunt allegandi, qui quidem potissimum complectuntur constitutiones CLEMENTIS V. Summi Pontificis, nec non illas, quae post librum Sextum Decretalium editae sunt, & praeter ea statuta Concilii Viennensis, quod sub ipso CLEMENTE V. habitum est, eodem plane modo citandi sunt, adjuncto eo. In CLEMENTINIS, *ita e. 3. gratia de Rescriptis in Clementinis, vel b. m. CL. vel Clementina gratia de Rescriptis.* Denique si libri Extravagantium communium, qui, 35. titulis constant, sunt allegandi, qui nonnullas BONIFACII, CLEMENTIS, & aliorum ab eis summorum Pontificum sanctiones, neque in Sexto, neque in CLEMENTINIS positas, continent: citantur eodem modo, hoc adjuncto: In Extravagantibus communibus, *tenore illo: cap: un: de Consuetud: in Extravag: commun;* Forte autem vocantur Extrava-

travagantes communes, quia ut supra dictum est, seorsim
sunt tituli 14. Extravagantes JOHANNIS XXII, qui ipsi
CLEMENTI V. Clementinarum auctori successit, præter
alias plurimas, quæ in libris Extravagantium communi-
um continentur, & ipsi JOHANNI XXII. tribuuntur.
*Tituli proinde in universum omnium Decretalium
Epistolarum sunt, trecenti sexaginta tres. capitula a-
bis mille, quingenta, & quindecim* Quemadmo-
dum ipse diligenter & fideliter communeravi. In titulis
mecum conveniunt veteres versiculi, sed non in capitu-
lis, hunc in sensum:

Bis centum tituli, sed quindenos removebis.

Sunt Decretales ter mille, sed absque novem bis.

Ostermannus ex Stuckio titulos Decretalium notat
186. titulorumq; capitula 1971. cum saltem sint. 1868.

Nam Lib: (1) Decretalium continet capit: 337.

(2) 418.

(3) 491.

(4) 166.

(5) 456.

Summa 1868.

Sext: Decret: habet capitula 449.

Clem: 106.

Extr: Joh: 22.) 20.

Extrav: comm: 72.

Summa summarum 2515.

Sed quoniam cum jure communi, quod in Pandectis
& Codice continetur, maximè congruere videtur, (quod
ad materiæ & formæ rationem attinet) Jus Canonum il-
lud,

lud, quod in Decretalibus Epistolis antiquis Digestum est; cæteris omissis, in his partitio, sive Oeconomia Juris Canonici potissimum demonstranda est. Jus autem Canonicum tractat de Legibus, Magistratibus, & Judiciis. Qui sanè ordo pulchrè admodum tum ex naturâ ipsâ; tum ex iis, quæ apud Platonem & Ciceronem in Legibus sunt, depromptus est. Nam Lex in Civitate locum occupat Principem: DEO enim & Justitiâ nihil prius: Absqve his enim nihil commodè geri potest, præsertim in hac nostrâ Republicâ. *Novell. 164. in præf.* Magistratus verò sunt Legum custodes, & quasi Lex loquens: Sicut Lex ipsa mutus est Magistratus: Judicia deniqve, tum Legum ipsarum, tum Magistratum quasi anima quædam sunt, & executiones. Quibus pax publica, & communis tranquillitas conservatur, prout in publicis lectionibus, *Quo ois*, debito loco, pluribus demonstrabimus.

Quinimò ipse GREGORIUS noster IX. Decretalium confector, satis indicat in proœmio suo, quod nullum alium in finem hoc Decretalium opus concinnari jufferit, quàm ut Justitia & Pax florerent. Noverat enim ex Virgil: usurpatam querelam suo tempore: Astræa excedens terris, vestigia fecit. Unde præmissâ salute ad Dilectos filios Doctores & Scholares Bononiæ commorantes, ita præfatur: Rex Pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. Sed effrænata cupiditas, sui pròdiga, pacis æmula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidiè nova litigia generat, ut nisi justitia conat⁹ ejus suâ virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, jus humani fœderis litigatorum abusus extingueret: & dato libello repudii, concordia extra mundi terminos exularet. Ideoq; Lex pro-

dicitur,

ditur; ut appetitus noxius sub juris regulâ limitetur, per quam genus humanum, ut honestè vivat, alterum non lædat, jus suum unicuiq; tribuat, informatur. Et quæ ibi ulterius ad finem usque leguntur. Videbitis proinde secundum Gl. in in proæmio, hosce libros Decretalium Ethicæ, id est, morali scientiæ, sicut & alios libros Juris Civilis supponi, quod & Imperator JUSTINIANUS comprobare videtur in *L. 1. verbo hæc namque C. de secund. Nupt.* dicens: Legibus nostris hominum mores corrigere induximus, seu intendimus.

Ut præterea promissa cum Paulo Jcto ex *L. 20. D. de Oper. Libertor.* adimpleamus, quando dicit: Unusquisque quod spondit, suo impendio dare debet, quamdiu id, quod debet, in rerum naturâ est: necesse est, ut usum Corporis Canonici, ac ejusdem necessitatem, veluti promissimus, & sine nostro damno exhibere possimus, dum adhuc in hac Cathedrâ stamus, in medium producamus. Usus enim extudit artes, Naturâ monstrante viam: quinimò quod usu caret, inutiliter discitur.

Accipite itaque, Auditores omnium ordinum honoratissimi, bibulis auribus Corporis nostri Canonici, quod & divinum dicitur, usum non vulgarem. Non enim de Jure Pontificio omnia sunt Sibyllæ folia, quod ampliter probat *Albericus Gentilis in dispuc. & Censurâ Juris Canonici*: ac fortassenimis quàm merito superiori seculo conquestus sit doctissimus Gallorum GUILIELMUS BUDÆUS, SS. Canones melioribus annis factos, ut iis, velut regulis, vita Clericorum regeretur, ac veluti Patrum præscriptis posterius formarentur, nunc in amusses plumbeas evasisse, referente *Maub. Flac. Illyrico lib: de controvers. relig. Papistic: pag: 73. & seqq:* pariterque CYNUS PISTORIENSIS, clari
E nomi-

nominis Jctus, totum hoc jus plenum erroribus esse, palàm profiteri non erubuit, *test: Duareno in præfat: tract: de sacr: Ecclesi: Minist: & benef: in pr. Quincim Orat. 1. de laudibus Juris Canon. Parisiis 1556. editâ. pag. 12. & 13. Adeoque Gloss. in Can. Euphemium. 7 causa 2. qv. 3 verbo. infamem.* Errorem GRATIANI notabilem, in interpretatione Scti Turpili-ani perstringit, hoc versu: *Hic fateor planè te mentium GRA-TIANE.* Vicissim verò multæ Patrum sententiæ, mul-taque Conciliorum Decreta, vel potius fragmenta, in De-creto Gratiano vitium nullum patiuntur, quod pluri-bus licet cognoscere, è libello Germanico An: Chr: 1530, edito, cui titulus: *Kurzer Auszug aus den Bâpfflichen Rechten der Decret und Decretalen in denen Articulen/die unge-fâhrlich Gottes Wort und dem Evangelio gemâß seyn/ oder zum wenigsten nicht widerstreben:* id est, Epitome Corporis Canonici, Decreti, & Decretaliû in istis articulis, qvi absq; periculo, Verbo Dei & Evangelio consonant, aut ad mi-nimum non contrariantur, *cum P:æfatione Lutheri, Tom: V. Jenens. Germanico, p. 258.* Ex quâ ille ipso facto perspicitur limitasse zelum suum anteriorè (qvem nonnulli præpro-perum & inconsultû, utpote invitis Jctis Witebergensib⁹ exortum, quod ego non dixerim, proclamant, *videatur Melchior Adami in vitâ Lutheri. Besold. Dissert. de lib. Juris c. 7.*) qvo An: 1520. die 10. Decembris Witebergæ Jus Pontifici-um palàm exusserat, cum hoc elogio: *Quia tu conturba-isti sanctum Domini, (id est, Ecclesiam) ideoq; te contur-bet ignis æternus, testibus Schleidano lib. 2. Comment. circa finem, Rittersbusio de Differentiis Jur: Civil. & Canon. in Præfat: pag. 18.* hujusque sui facti rationes scripto publico comprehensas reddidit, qvo in scripto XXX. articulis ostendit abomi-nandos aliquot errores illius juris, uti videre licet, *Tom. 2.*

Latin.

Latin. operum Wieberg'nium. pag. m. 120. ubi & pag 124. & 125:
 vide Epigrammata in Juris Canonici incendium *Heliodori*
Alexiaci. Quamvis autem Pontifex Romæ LUTHERI Scri-
 pta comburi curaverit, mansit tamen idem qui fuit LU-
 THERUS, nec ejus autoritas quicquam immunita est:
 nec minus Papa mansit Papa, utut LUTHERUS Corpus
 Canonicum igni & favillis subjecerit, nec quicquam splen-
 dori ejus hactenus decessit. *Vide Carpxov. in Jurispr. Roman.*
Saxon. par. 1. Constit. 21. definit. 2. & par. 4. Constit. 20. Defin. 16.
Augustan. Conf. s. art. 16. Cochmann: resp: 30. Vol. 1. n. 76. Folia
 etenim & libri non sentiunt tormenta aut quæstiones: ve-
 rum personæ possunt ficedulis, malâ mäsione, Drungario,
 Equuleo, & aliis tormentorum generibus (qvalia *Synesius*
 in Epistolis enumerat, uti *δακτυλίθραν, ποδοσπάειω, πεσέριον,*
ρίνολαβίδα, ωπίχων, χαισρόφιον) lancinari, imò occidi. Ac
 sub hac moderatiōe, sine dubio, in hunc usque diem, &
 Scholæ, & Curia Evangelicæ, Jus Pontificium retinue-
 runt, in causis maximi momenti ac præjudicii, utpote,
 matrimoniorum, Juramentorum, Usurarum, Decima-
 rum, Præscriptionum, Processus judicarii, & aliis quoti-
 dianis etiamnum ex illius præscripto ut plurimum decidi
 solitis. Unde itidem moris permansit non culpandi (*se-*
cundum L. 13. in fin: D. de Pollicitat: id quod vetus consuetudo
 comprobat, tolerabile est) ut Doctores in hoc jure, haud
 minus, quam in Cæsareo, Academicâ solennitate passim
 creentur: æquè atque cum studiis & honoribus Philoso-
 phicis comparatum esse liquet, quantumvis Platoni, A-
 ristoteli, Porphyrio, Ciceroni, & aliis, istius Reipublicæ
 Dictatoribus Ethnicismi labes adhæreat. Quemadmo-
 dum enim non in Ethnicorum gratiam studia Philosophi-
 ca discimus, docemus, & honoramus: Ita nec jus Cano-

nicum in gratiam Romani Pontificis, aut superioritatis ejusdem recognitionem, multò minus, ut sacrae paginae, vel intemeratae Augustanae Confessioni quicquam detrahatur, retinemus. Hinc nos jure illo jam utimur, non uti Pontificio, siue à Papà profecto, verum ut jure nostro, & quasi consuetudinario, ut *Francisc. Romanus in quest. illustr. ad t. de judicis. cap. Cleric. poss. 13, 14. Guedda: de Contrah. Stipul. c. 6. Concl. 7. n. 109. Joh. Wurmser. in exercitaz. jur. publ. Exerc. 7. q. 9. per tot probarunt*, cujus vigor tamen supra delineatos terminos non egreditur, nec in summam ulterius procedit, quam jus istud ratione & æquitate nititur, jurisque naturalis & divini vestigia imitatur. *Palcott: cr. de spuris. c. 4. 7.* Nam & alias, secus quæ se habent, omnes siue Ecclesiasticæ, siue seculares constitutiones, penitus sunt excludendæ, juxta regulam D. Augustini relatam *in Can. XI. in fin. D. 9. Et ex can. 2. D. 8. crebrius*, hoc acroama in auribus nostris personat: Sicut in potestatibus, societati humanæ major potestas minori ad obediendum præponitur: Ita DEUS omnibus. Cui optimè consonat Ordinatio Consistorialis Sereniss: Principum Megapolensium, Dominorum nostrorum Clementissimorum, *Tu. 7: In Chesachen/ soli in denen Fällen/ welche in heiliger Göttlicher Schrift/ Levit. 18. 1. Corinth. 7. Matth. 19. und anderswo gemeldet/ und decidiret seyn/ allein der Göttlichen Schrift/ in Verfassung der Urtheil/ gefolget werden/ ungeachtet ob die Canones/ oder Geistlichen Rechte/ wie man sie nennet/ anders decidiren.* In quibus sæpè erratur à malis Advocatis (Laris juris, Lavernionibus, Labracibus, crumenimulgis, aruscatoribus, qui sæpè partes in pacem pronas processibus illaqueant, ut turpi lucro inexplebiles Harpyæ ritè inhiare possint, qui circa lites morantur, & omnia mala noverunt, *Gloß. in L. ab Anastasio*

23, C. Mand. Quintin. pag. 35. qvi ut plurimum vivunt, ex lacrymis miserorum, & raptu: qvi virus suæ lingvæ aliorum dolori locant; qvi sapè atro pane, & nigro jure vescerentur, nisi clientulorum agris & possessionibus incubando, inde pingues arietes, oves, boves, & omnia comestibilia, non gloriosa, sed frandulentæ vocis confisi munimine, non jure subnixi; sed dolis, & technis suffarcinati, ad serapere consuevissent) dum omnes incidentes matrimoniorum casus ad normam Canonum excutere audent. Insignitè jucundè *diclo D. 9. can. fm.* initialia verba huc quadrant, quæ integra ascribenda duxi, & ita sonant: Cum ergò in naturali jure nihil aliud præcipiatur, quàm quod DEUS vult fieri; nihilq; vetetur, quàm quod DEUS prohibet fieri, deniq; cum in Canonica Scripturâ nihil aliud, quàm in divinis legibus inveniatur, divinæ verò Leges naturâ consistant, patet, quod quæcunq; divinæ voluntati, seu Canonica Scripturæ contraria probantur: eadem & naturali juri inveniuntur adversa. Unde quæcunq; divinæ voluntati: seu Canonica Scripturæ, seu divinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale jus præferri oportet. En egregiam, *ut dicit Gl. s. ibidem* correlationem juris naturalis ad Canonica Scripturam, & Divinas leges. Non possumus insuper diffiteri, creationem Doctorum à Pontificibus institutam, Anno Christi 1151. referentibus *Chytrao in Chronologia pag. 309. & Limnao lib. 3. de Jure publ. cap. 8. n. 2. Johanne Gerharde, Tom. 6. de Ministr. Eccles. §. 136.* Atq; ita ab Italis mos hic creandi Doctores, postquam Germaniæ Principes Universitates erigere cœperunt, ad ipsos Germanos transvolavit, adeò ut Germania pacta fuerit, & Principes doctos, & insuper Docturæ insulis fulgentes, & ampliatos, ut dicitur in *L. 66. C. de Decurion.*

Vide Georg. Christ. ph. Walther. in tractatu Jurid. Politico, de Statu, Juribus, & Privilegiis Doctorum cap. 3. pag. 34. 35. Quando itaque adhuc creantur utriusque Juris Doctores, sine exclamatione, quâ utitur Georg. Valenti. Winiberus lib. 1. Parib. linc. cap. 11. n. 7. adde D. Waltherum cap. 23. pag. 491. 492. & Johan. Mattheum Meyfartum tr. de Academiis libr. 2. cap. 6. per tot. ô tempora! ô mores! qui secundum GREGORIUM XIII. potius Doctorati, quam Doctores dici meruerunt. In Institutis comparo vos brutis, in Digestis nihil potestis, in Legibus Solonis & Draconis, tanquam veris Principiis Juris parùm versati estis, in Codice scitis modicè, in Novellis similes asellis, in Decretalibus, similes brutis animalibus, im Reichs Abscheid send ihr nicht kommen weit/ & tamen vultis fieri Doctores & Professores, & Civile seu Cæsareum, & Canonicum seu Pontificium intelliguntur, & ita Doctores etiam nostræ, & Calvinianæ Religionis in eo Jure promoventur, sicuti PETRUS STEVARTIUS, aut alius Jesuita in apologiâ contra Polycarpum Lyserum pag. 25. significanter innuit: Daß die Lutherischen Juristen von den Canonischen Rechten einen besondern Ehrentitel und Nahmen schöpfen/ indem sie vor Doctores beyder Rechten wollen ersant/ und genennet werden. Quinimò Candidatis Juris in examine, quod rigorosum dicimus, textus Juris Canonici elaborandi, & resolvendi proponuntur, & cum illis collatio ex iisdem ultro citroque instituitur, quod & ipse in Academiâ Gryphicâ 1650. expertus sum. Jus Canonicum in Academiis publicè legitur, & in curiis omnium ferè nationum Christianarum receptum est, præsertim, post GREGORIUM XIII. Pontificem Romanum, qui viros doctissimos adhibuit, ad Decretum emendandum, idemque cum reliquis Juris Canonici libris approbavit,

Card.

Card. Tusch. Concl. 179. verb. Jus Canonicum. Hoc Jus Canonicum omnes Principes, Populiq; Christiani, sine religionis discrimine admittunt, & retinent, *Carpzov. in Jurispr. Rom. d. l.* In solis Judæis dispar est ratio: illi enim inter Christianos degentes Juri Civili Romanorum subditi sunt, *L. Judæis, C. de Judæis & Cælicol. c. 2; X eod.* Et Jure Canonico non tenentur, cum sint extra Ecclesiam, & animarum eorum curam Ecclesia non habet, *Farinac. part. 2. fragm. Criminal. verb. Judæi, n. 639. Arthurus Duck. pag m. 118. S. 18.*

Deinde Juris Canonici non utilitas modò, sed & necessitas etiam ab omnibus nationibus Christianis agnoscitur, eo enim sublato, non habebimus justam in causis forensibus procedendi formam, quæ in libro secundo Decretalium continetur. *Cujacius in lib. 4. Decretalium. in Præf. & carebimus Decisionibus plurium arduarum & illustrium Controversiarum, Cujac. c. 15. X. de sent. & re jud. ex jure Naturæ & Gentium desumptis, quæ in Jure Civili non reperiuntur: Ipsiq; Jurisconsulti, sine conjunctâ utriusq; Juris scientiâ, imperiti habebuntur, cum Interpretes Canonum rudes dicantur, si non sint instructi scientiâ Legum Romanarum; & Interpretes Juris Civilis, sine Canonici Juris peritiâ pro Jurisconsultis idoneis parùm habeantur, *Bald. in c. cum causam 13. X. de probat. Quid est (quæso) Medicus sine Physicâ? Quid Civilis Doctor sine hac nostrâ disciplinâ: Mancus, mutilus & debilis, meliore sui parte carens, nec *z* legum suarum dulcedinem gustare valens. *Quintinus d. l. & pag. 17.* Interpretes Canonum quisquis sectabitur, ille in judiciis coronabitur, quâ quidem in parte propriæ facultas juris dominatur. Jusque Canonicum & Civile ita jam coherent, ut sine utroque
Jure**

Jure nemo possit dici Jctus, & utrumqve Jus penitus igno-
ret, secundum Ciron. in paratu. lib. 5. Decretal. in Præfat. qui uni-
cum tantum se scire contendit, prædictus Arthurus Duck pag.
m. 119. Bald. in Præfat. Decretal. Magnopere porro prod-
est Jus Canonicū, adhuc extare, ac legi, non solum quia pas-
sim adeo crassas continet absurditates, ut metuendum
non sit, ne quis amplius illis decipiatur, nisi sua sponte
cœcutire velit, patefacta jam veritate, detectisq; errori-
bus: verum etiam, quia multis in locis, ipsosmet Pontifi-
cios refellit, ac proprio gladio (quod dicitur proverbio)
toti orbi Christiano jugulandos præbet. Id quod præ-
claro specimine cum alii probarunt luculenter; cum D.
Georgius Trachelius Jctus Augustanus in tract. de Ecclesiâ, & ante
ipsum Innocentius Genuletus, nec non in Examine Concilii
Tridentini, MARTINUS CHEMNITIUS, itemqve Fran-
ciscus Hotomannus in Bruto fulmine, aliisq; libris suis, referente
Rittershusio in præf. supra allegatâ, pag. m. 12. ubi plura videantur.

Ulus Corporis Canonici ulterius exinde apparet,
quod leges nostræ Civiles, non dedignentur sacros cano-
nes imitari: nec canones Principum constitutionibus ad-
juvari debere erubescant, c. 1 X. de nov. op. nunc. c. Clerici Extr.
de judic. Canon. si in adiutorium 7. D. 10. Si in adiutorium ve-
strum etiam terreni imperii Leges assumendas putatis,
non reprehendimus. Fecit hoc Paulus, cū adversus injurio-
sos civem Romanum se esse testatus est, & similibus. Quin
imò Leges Civiles in foro Ecclesiastico recipiuntur, cap.
summopere 70. causa 11. q. 3. Dummodo sacræ scripturæ, vel
Canonicis sanctionibus, vel bonis moribus non adversen-
tur, c. 2. 4. 9. cum seqq. D. 10. Cœterum ubi aliquid obscu-
rius, aut minus disertè & explicatè Jure Canonico consti-
tutum est, quod jure Civili apertius est Decisum, aut de-
clara-

claratum, vel è contrario, alterum ab altero interpretati-
onem, sive declarationem rectè mutuatur, cui non est dis-
simile, quod ubi quid non est expressum jure feudali,
standum sit juri Communi, *ut traditur in 2. F. 1. §. Srenius,*
& ibid. Dd. Ubi verò jus Canonicum & Civile inter se ma-
nifestè pugnant, aut dissentiunt, utrumq; in suo foro
retinendum est, *Philipp. Decius in c. Clerici. 8. X. de Judic. &*
Consil. 452. n. 6. nisi fortè, Jus Civile peccatum foveat, uti
fovent Leges, permittentes usuras, concubinatum, *αὐθ-*
ροειαν, præscriptionem cum malâ fide, & aliæ similes.
Nam tùm ad jus Canonicum, rejecto jure Civili, etiam quo
ad forum seculare, recurrentum *e fin. Extra de Præscription.*
Eundem in sensum DANIEL VENATORIUS in *Analyti*
Juris Canonici, in Epistola Nucupatoriâ præfatur. Deficiente
Civili Lege, dispositio Canonum est attendenda, à ratio-
nis paritate, similibus, disseparatis, contrariis, & aliis, jux-
ta vulgatam & approbatam Doctorum opinionem inde,
ducantur argumenta, multòqve planius, & ad usum fori
accommodatius, judiciarius processus, aliâq; ad proces-
sum requisita pertinentia, Pontificio jure, quàm Civili
tradantur, omnes Practicæ Observationes, & traditiones,
quæ his temporibus ad provehendum conatum juvenum,
animum ad Praxin applicantium, à Viris Doctissimis, & in
causis forensibus exercitatis, in publicum emittuntur,
textibus ex jure Pontificio potissimum depromptis de-
clarantur, fieri non potest, ut fonte fideliter non degusta-
to, unde declaratio petenda: neglecto hoc, *Cic. lib. 2. de*
Invent. In studiis, si varietas rerum non æqvè præstantium
fese offerat, eligendum esse, quod commodissimum, ali-
quid præparati judicii, ad agendas causas forenses afferant,
solidamq; juris cognitionem, quæ ipsi praxi exercenda
multùm prodesse posset, operâ non rectè collocatâ conse-

quantur. Hæc ille. Ut denuò constet, quinam Canonistæ, seu Decretistæ, Decretum GRATIANI & Decretales Glossis & Commentariis illustrarunt, paucis præcipuos in usum vestrum notate: Decretum GRATIANI Glossis & Commentariis auxerunt Johannes Semeca, dictus Teutonicus, seu antiquus, der Teutsche/ qui Anno Christi 1269. Decretum glossare ausus est, Bartholomæus Brixienfis, Guido de Baiiso, Archidiaconus Bononiensis, Magister Iohan: Andrea, scripsit rosarium super decreto. Cardinalis Alexander, Johannes de Turrecrematâ, Johannes de S. Georgio, Præpositus Alexandrinus, Felinus, Iohannes Baptista de S. Blasio in Rubricam Decreti GRATIANI, ubi primùm differentias Iuris Canonici & Civilis post Bartolum selegit, Goffredus.

Ad Decretales verò, Sextum, & Clementinas interpretandas longè plures accesserunt: INNOCENTIUS IV. Papa Romanus, Henricus Hostiensis Cardinalis, Guido Papa, Iohannes Andrea (quem Baldus Iuris Canonici fontem & tubam appellat, & Ludovicus Romanus, *reffe Förstero in vita ejus pag 497.* omnium hominum præstantissimi laudem ei attribuit) Iohannes Calderinus filius adoptivus prædicti Ioh: Andrea, scripsit inter alia repertorium super Decretalibus, ut & Consilia, quæ cum filii Casparis, & Dominici de Sancto Geminiano Venetiis 1497. excusa reperiuntur: quibus consilia & quæstiones Friderici de Senis annecti solent, Johannes Monachus Cardinalis, Paulus de Eleazaris, Lopus, Baldus Perusinus, Petrus Anchoranus, Anthonius de Butrio, Cardinalis Zabarella, Iohannes de Imolâ, Abbas Panormitanus, Iohannes de Ananiâ, Franc: Aretinus, Felinus Sandæus, Philippus Decius, Iohannes Franciscus Ripa, Laurentius, Vincentius, Alanus, Rogerius, Iacobus Tancredus, Andreas Alciatus, Augustinus, Berous,

Berous, Covarruvias, Antonius Augustinus, Iacobus Cujacius, Daniel Venatorius & Nicolaus Vigelius in Analy-
sibus, Wesenbecius & Reusnerus in Oeconomia, Peckius,
Albericus Gentilis. Henricus Canisius, Cuchus, Lancel-
lottus & Ioachimus Stephani in Institutionibus Iuris Ca-
nonici, Vivianus in Rationali, & quos præter hosce magno
numero conglomerant & recensent Bellarminus *in tractat.
de Scriptor. Ecclesiast.* Iohan: Wolfgangus Freymonius *in E-
lencho omnium autorum, præsertim in indice secundo, qui continet re-
petitiones in Jure Canonico, tam Decretis, quàm Decretalium*: För-
sterus *in Historia Juris Civilis*. Arthurus Duck *de Auctoritate
Juris Civilis lib. 1: pag. 109.* Ex recentioribus usui florida le-
gū juventutis inservire possunt, in Paratitlis, & Rudimen-
tis, Cironius, Andreas Vallensis, & Sigismundus Wolf-
gangus à Vorburg. Eberhardus Speckhan, & Wilhelm:
Schmuckius in Exegeti Iuris Canonici, Zypæus de Iure
Pontificio novo, Zochus, Boëtius Epo, de Iure sacro, Zoësi-
us ad Ius Canonicum, Summa Iuris Canonici Streinii re-
cens edita, Erasmi Ungepaar opus posthumum ad Decre-
tales, & quam plures alii, quos dies & tempus nobis paula-
tim suppeditabunt. Et hæc de Origine, Progressu, & Usu
Corporis Canonici Dixisse sufficiant.



INDEX

LIBRORUM & TITULORUM

JURIS CANONICI.

DECRETI PARS PRIMA.



*Prima Distinctio tractat de Jure Naturali & Humano, Jus ipsum
naturale, ejusq; species omnes definiens, & inter Jus scriptum,
& non scriptum, differentiam ponens.*

Primo legat quisque Divinum jus hominisque.

2. De Jure Quiritum sive Romanorum, ipsum per species definiens.
Altera dat textum, quo nosces jura Quiritum.

3. Juris Canonici varia nomina distinguit, breviterq; exponit.
Constitutiones & Leges omnes (nomine generatim & ἐπιλόγησθαι sumpto, ut L. 1. cum seqq. de legibus) dividit in Civiles & Ecclesiasticas: qui canones, tanquam bene vivendi regule nominantur: e. 3. hoc titulo, atq; his officium & effectus legum cunctarum subjungitur.

Canonice varia juri dat nomina terna.

4. Ad quid leges inventæ sint, & quid sacri Canones mandent.

Quarta docet Legum quæ causa, modusq; statuti.

5. Quomodo Jus Naturale est immobile.

Jus Naturale probat immutabile quinta.

6. Quod illusiones nocturnæ ad peccatum non imputentur.

Sexta notat virum distinctio iudicatum.

7. Ponit leges ostendendo qualiter jus cæperit.

Septima signat eos qui leges composuere.

8. Ponit differentiam inter jus Naturale & Consuetudinem.

Parte sub octavâ mores naturaque pugnant.

9. Autoritate & exemplo probat constitutiones hominum juri naturali cedere.

Nona statuta docet naturæ cedere juri.

10. Ostendit quod leges Imperatorum vincuntur à Canonibus.

In decimâ Regum Leges canon separabit.

11. Dicit consuetudinem legibus approbatis cedere.

Canonis & seculi superatur legibus usus.

12. Tradit laudabilem consuetudinem esse servandam, quæ nec Canonibus sacris, nec veritati, nec bonis moribus obstat.

Id quod Roma tenet discretio sæpe relinquit.

13. Vult, quod contra Jus Naturale non admittatur dispensatio, nisi in fugâ majoris mali.

Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple.

14. Quod quis non debet minus peccatum admittere, ut aliud majus evitare possit.

Non facias levia quo quis vitet graviora.

15. Notat

15. *Notat de tempore, quò sacri Canones libriq; & Concilia celebrata fuerunt; & quæ opuscula sicut admittenda.*

Canonis hæc ortum dabit Apocryphosq; libellos.

16. *Ponit quod Canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit, quo tempore, & quo residente in Papatu, vel Imperio, quodlibet Concilium est celebratum.*

Svadet Apostolici vim Canonis ista tueri.

17. *Dicit non Concilia, sed conventicula celebrari sine Papa.*

Autor sit Papa si Concilium celebratur.

18. *Ostendit quod Provinciata Concilia, nihil generaliter possunt constituere: ideo consequenter declarat, ad quid sint utilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cujus autoritate sunt celebranda, & quod Metropolitanus nihil debet exigere ab Episcopis ad Concilium convenientibus. Addit de pænâ Episcopi, qui vocatus ad Synodum non venit.*

Dicitur hic quod bis Synodus celebretur in anno.

19. *Vim Decretalium ostendens dicit mandata Ecclesiastica devote servanda.*

Hæc Decretalis referat quid Epistola possit.

20. *Dicit, quod in causis definiendis sacri Canones, in exponenda verò sacra scripturâ sancti Doctores attenduntur.*

Bis dena Papæ Sanctorum dogmata cedunt.

21. *Tractat de diversis ordinibus & gradibus ministrorum; docendo, qui sint executores, sive ministri Canonum, à majori usq; ad infimum, & differentias ministrorum assignat, probant quod major à minori non debet judicari.*

Inferior summum non judicat hac prohibente.

22. *De dignitate Romane Ecclesie, & quarundam aliarum.*

Ista locos distingvit, & ordinat Ecclesiarum.

23. *De ordine ministrorum, incipiens à Romano Pontifice, & descendens usq; ad ostiarium.*

Ordinat hæc omnes majores, sive minores.

24. *De examinatione ordinandorum.*

Post examen honos est ordinis attribuendus.

25. *De officiis Clericorum incipiendo ab ostiario, & ascendendo usq; ad Episcopū. Circa medium Distinctionis incipit enarrare, 13. præcepta regula*

gula Apostolica. Oportet Episcopum esse sine crimine
(*adde Tractatum Hieron. Welleri in 1. Timoth: 3*) & inde naetâ occasione
ponit varias significationes hujus nominis, crimen, & ostendit.

Optat Apostolus hic quod sit sine crimine Præsul.

26. Exequitur secundum præceptum Apostolicæ regule:

Oportet Episcopum esse unius uxoris virum;

Sit post baptismum contentus conjugæ sola.

27. Probat quod nolentes vivere continentiam ad sacros ordines
promovendi non sunt, assignans differentiam inter solenne, & simplex
votum.

Nullus post factum præsumat nubere votum.

28. Probat quod Clericis habere uxores non licet in Ecclesia Occi-
dentali, addens de Subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat.

Ista sacratorum connubia pagina damnat.

29. Ostendit quadam capitula tradita esse ex causâ, quadam ex
tempore, quadam ex loco, quadam ex personâ.

Hac locus, & causa, tempus, persona notantur.

30. Quia dictum fuit 28. d. quod Sacerdotes non debent à se abji-
cere uxores suas prætextu religionis: hic dicit quod ex causâ fuit hoc
statutum, scilicet propter quosdam hereticos, qui conjugia detestantur.

Connubium terdena probat contra Manichæos.

31. Probat & ponit exempla in terminis qualiter Clerici continere
debent, & quod ab omnibus est servanda continentia, nisi ab Orientalibus.

Tangitur hic quod contineant offerre volentes.

32. Adhuc prosequitur de continentia Clericorum, & dicit quod
constituti in quatuor sacris ordinibus tenentur continere, & si habent pu-
blicas concubinas, nullus eorum missam audiat.

Desere Presbyterum, qui scorta palam retinebit.

33. Ostendit quod bigami, corpore vitiati, usurarii, publice pœniten-
tes, lusores in scenâ ludentes, furiosi, arrepticii, accipientes meretrices in
uxores, & concubinas habentes, promoveri non possunt.

Lusori bigamove sacer non traditur ordo.

34. Ponit quod oportet Episcopum vitare nimiam familiaritatem
domesticarum personarum atq; etiam consanguinearum, & quod venari
non licet.

Femina

Fœmina Pontifici persona domestica non sit.
35. *Agit de tertio capitulo Apostolica regula: Oportet ordinandum non esse vinolentum.*

Non vinolentus Præsul, sed sobrius esto.

36. *Exponendo illud, prudentem, dicit quod Clerici debent habere peritiam licentiarum sacrarum.*

Instruit hæc prudens, quod debeat esse sacrandus.

37. *Ostendit quod Clerici non debent libros gentium respicere, peritiam tamen scientiarum debent habere.*

Hæc prohibet legere Gentilia scripta sacratum.

38. *Probat quod literis debet esse eruditus sacerdos, & Canones ignorare non debet: ignorantia enim ipsi est periculosa.*

Scripturas sacras sacrandus scire iubetur.

39. *Ostendit quod oportet Episcopum esse prudentem in negotiis secularibus, ut sua cautela reddantur Ecclesie indemnes.*

Uult hæc Pontifices callere negotia seclii.

40. *Prosequitur quintum Præceptum Apostolica regula: Oportet Episcopum esse ornatum: & primum agit de ornatu interiori, qui consistit in virtutibus.*

Interior pars dena quater virtutibus ornat.

41. *Tractat de ornatu, qui consistit in gravitate, incessu, habitu, & temperantia potus & cibi.*

Sit modus in gressu cunctis, verboque, ciboque.

42. *Declarat illud Hospitalem.*

Clericus hospitii peregrinos colloceat omnis.

43. *Enarrat illa duo: Pudicum & Doctorem.*

Factis ac verbis Doctor sis atque pudicus.

44. *Exponit illud: Non vinolentum, quo pertinuit etiam, sup. D. 35.*

Vites inglaviem, convivia, sive tabernas.

45. *Explicatur illud: Non percussorem.*

Atque cave quenquam palmâ lingvæ ferire.

46. *Exponitur illud: non litigiosum.*

Respuit hæc hominem distinctio litigiosum.

47. *Expo-*

47. *Exponit illa duo: non cupidum, domui suæ benè præpositum:*

Non benè præpositos domui, cupidosque repelle.

48. *Ponitur illud: Non neophytum.*

Abjicitur sacrandus in hac si neophytus sit.

49. *Prædicta præcepta Apostolica Regule in compendium revocat, ponit causas & rationes, quare criminis alicujus rei, & vitiosi non debent in Episcopos promoveri.*

Crimina non delet reliquorum crimine vincit.

50. *Agit de lapsu, & pœnitentiâ Clericorum.*

An reparetur, habet pars quinquagesime lapsus.

51. *De Curialibus sive Officialibus ratiocinatus obligatis, iudicibus, & Advocatis ordinandis, vel non.*

Sacrari vetat hæc homines, quos pondera stringunt.

52. *De præposteratione sacrorum ordinum, sive de Clerico, per saltum promotio.*

Præpositus primo datur hic præposterus ordo.

53. *De Curia annexis in Clerum, vel Monasterium recipiendis, vel non, & quare Curiales, & aliter obligati, ordinandi non sint.*

Est ratio ne quis annexos ordinet ullos.

54. *De servis, qui à non Dominis manumissi sunt, non promovendis, nisi libertatem sint consecuti.*

Hæc prohibet servos sine libertate sacrari.

55. *De corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentibus ordinandis, vel non.*

Cæcos ista viros rejicit membrisque carentes.

56. *De filiis Presbyterorum, & natis de fornicatione, & adultério, non ordinandis.*

Condemnatur in hac generatio Presbyterorum.

57. *De baptizatis in agnitione, an ordinentur?*

Qui baptizatur æger, manet ordinis expers.

58. *De Monachis non ordinandis, sine licentiâ Abbatis.*

Hæc vetat Abbate Monachos nolente, sacrari.

59. *De Laicis literatis subito non ordinandis.*

Officium negat hæc, nisi sit benè quisque probatus.

60. *Osten-*

60. *Ostendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus fit in Præpositum, vel Decanum, vel Archipresbyterum, vel Episcopum.*

In sacris præsul vult sexagesima quod fit.

61. *Ostendit quod Laici non sunt eligendi in Episcopos, sed postulandi.*

Non in Pontifices Laicos assumere debes.

62. *Docet, quod Clericorum est eligere, & populi consentire.*

Clerus, Plebs, Princeps, hic eligit, hæc petit, hic vult.

63. *Probat, quod nullo modo Laici debent se ingerere electioni Episcoporum.*

Usurpans Laicus id ut eligat, audiat istam.

64. *Ponit quo tempore, & quibus præsentibus debent Episcopi consecrari.*

Pars hæc Pontifices jubet à tribus esse sacrandos.

65. *Dicit quod præsentibus omnibus Episcopis comprovincialibus, vel se excusantibus, debet Episcopus consecrari ab Archiepiscopo: & ibi dicit, quod si cæteris ordinationi Episcoporum consentientibus, duo vel tres contradicunt, obtineat plurimorum sententia.*

Cum dissensio fit à pluribus edita stabunt.

66. *De promotione Archiepiscopi, qui ab omnibus Episcopis comprovincialibus est ordinandus, & non est consecrandus à paucioribus, quam à tribus.*

Ut sacretur ab omnibus, Archiepiscopus, hæc vult.

67. *De promotione sive ordine Presbyterorum.*

Presbyter institui valet hic à Præside solo.

68. *Dicit quod illi soli, qui sunt ordinati ab illis, quos non constat esse Episcopos, iterum sunt ordinandi: de ordinatione non iteranda, & de Chorepiscopis, quorum ordo hodie sublatu est, de hisce Lege cap. 3. 4. 5. antepen, & pen: hujus D.*

Si dubius præsul, quos ordinat, hi resacrentur.

69. *Quod prima tonsura Clerici de manu Abbatis potest suscipi, & ne illi, qui ordinati non sunt, in Ecclesia ministrent. Wesenbecius ita habet: de Tonsura & Exorcismo.*

Si benedictus erit, Lectoratum dabit Abbas.

70. *Vetat ne quis ordinetur sine titulo.*
Expertes tituli pars septuagesima pellit.
71. *Ne quis ordinetur à non suo Episcopo.*
Respice dicta patrum ne promoveas alienum.
72. *Ne ignotus Clericus, sine literis dimissoriis, sine commendati-
tis recipiatur, adde c. ult. D. 70. & tot. D. 71.*
Ulli non detur missoria, ni rogitetur.
73. *Ostendit qualiter literæ formatæ & dimissorie fiant.*
Illius hæc nobis formam distinctio præbet.
74. *Tractat an invitis ordines conferantur.*
Invitus nullas erit hic ad sacra trahendus.
75. *De Tempore & die consecrationis Episcoporum, nec non de
temporibus ordinationum aliorum Clericorum.*
Distinguit tempus hæc in quo promoveantur:
76. *De jejuniis quatuor temporum, & quare sunt jejunanda.*
Temporibus vult hæc nos jejunare quaternis.
77. *Ponit qualiter Clerici sunt per gradus ordinandi, atque etiam
tractat de interstitiis temporum, quibus quisque debet in minoribus gradi-
bus consistere.*
Rectos judicat hæc modulus interstitiorum.
78. *In quâ etate sunt sacerdotes ordinandi.*
Ista dat annorum numerum quo promovearis.
79. *Repetit de Ordinatione Summi Pontificis, quæ à solis Cardi-
nalibus fieri debet.*
Ad Cardinales spectat electio Papæ.
80. *In quibus locis sunt ponendi Episcopi, vel Archiepiscopi.*
Urbes præfulibus pars octogesima tradit.
81. *Superiora breviter retractando docet, quod ordinandus in Epi-
scopu debet esse sine crimine, nec Clerici debent cum mulieribus cohabitare.*
Crimine quod careat sacrandus in hac replicatur.
82. *Docet quod Episcopus illis, qui suis manibus laborare non pos-
sunt, providere debet: & addit, quod si quis ministrorum fornicationem
committat, & agat penitentiam, ex dispensatione potest in ordinibus re-
manere.*
Præful pauperibus dabis, & lapsos repārabis.

83. *Innuat quod Prælati non solum à peccato immuniti esse debent, sed etiam peccatis aliorum consentire non debent.*

Nonquam peccatis consentium des alienis.

84. *Vult quod Prælati sit vigilans circa defensionem pauperum, allevationem oppressorum, & curacionem Monasteriorum, & ut Episcopus sit monogamus.*

Sollicitus quod sis & monogamus, jubet ista.

85. *Tractat de hospitalitate Clericorum, quæ est Episcopis necessaria.*

Non Præsul fies hospes, nisi nosceris esse.

86. *Probat quod Episcopum oportet esse Doctorem, ut sciat subditos corrigere: Item liberalem erga pauperes, & non circa histriones.*

Corrigit, doceas, des, sed non turpibus ullis.

87. *Probat quod viduis, orphanis, & oppressis, Episcopus debet dare subsidium.*

Pupillos, viduas, inopes defendere debes.

88. *Dicit quod Clerici cupiditatis causâ negotiatores esse non debent, sed pietatis causâ curam orphanis, & viduis impendere.*

Respuitur Clerus opus exercens, & avarus.

89. *Dicit quod Episcopum oportet esse domui suæ bene præpositum, ut sciat in dispensatione rerum Ecclesiasticarum regulam esse servandam.*

Ista beneficia te dispensare docebit.

90. *Docet qualiter luxuriosi corrigendi sunt, non ordinandi, tractans de licitis & honestis operibus.*

Placat discordes pars nonagesima fratres.

91. *Agit de modo cantandi in Ecclesiâ, & de Electi potestate dicit etiam, quod si Clericis sua beneficia non sufficiant, possunt sibi necessaria sua querere artificio licito.*

Arte parabis opes, nisi sint satis Ecclesiæ res.

92. *Dicit quod magis corde, quàm voce canendum.*

Hæc plus corde probat Domino quàm voce canendum.

93. *De obedientia minorum erga majores, & quod nullus debet communicare inimicis Romana Ecclesiæ.*

Hæc parere jubet majoribus inferiores.

94. *De Legato Romani Pontificis, qui impediendus non est. Probat*

bat etiam quod major in officio, minori vices suas committere potest, & de presumptione Archidiaconorum.

Sub levita vices Papæ gestare valebit.

95. Dicit quod etiam presentibus Episcopis, Presbyteri, quamvis eis subditi, possunt sacra mysteria celebrare, & predicare. *Distinctio recens inter Episcopum & Presbyterum. cum olim idem munus fuerit c. olim 6.*

Presbyteris presente licent hic Præsides multa.

96. De discrimine Pontificia, & Imperatoria potestatis, cui Jus in Ecclesiam adimitur.

Hic seculi Princeps non ordinet Ecclesiæ res.

97. Dicit quod precibus Ecclesiam Imperator, & cæteri Principes possunt juvare, subjiciens Ecclesiam Romanam Legationem undecim, signatis apicibus non recipere.

Ecclesiæ precibus huic Princeps auxilietur.

98. Dicit, quod Clerici peregrini, & transmare oriundi, sine testimonio quinque Episcoporum recipendi non sunt.

Vult jus muniri peregrinos quinque sigillis.

99. Docet de Primatibus, Patriarchis, & potestate eorum, qualiter illorum nullus est appellandus Universalis.

Universalem nullum sinit ista vocari.

100. Tractat de pallio, & usu.

Pallia Prælati donat centesima multis.

101. Dicit unam Provinciam in duas non dividendam.

Ab sit ut una duos habeat Provincia patres.

DECRETI PARS SECUNDA.

Causa prima continet *Questiones septem, & tota est de crimine Simonie.*

Causa prior labem condemnat Simonialem.

Causa secunda complectitur *questiones octo, quæ maximè pertinent ad rationem instituende accusationis, & interponenda appellationis à sententiâ interlocutoriâ, vel definitivâ.*

Accusare docet, ac appellare secunda.

Causa tertia constat *questionibus undecim, quæ maximè spectant modum*

modum & rationem spoliatis dande restitutionis, & induciarum reis in iudicium vocatis indulgendarum.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

Causa quarta continet quaestiones sex, & potissimum tractat de conditione, & qualitate accusatorum, vel testium.

Quarta quis accuset, quis possit testificari,

Quinta causa similiter continet quaestiones sex, & maximè pertinet ad coërcitionem calumniatoris, itemq; ad rationem vocandi rei in iudicium.

Quinta vocare docet delatoremq; ferire.

Sexta causa continet quinque quaestiones, & iterum in illa agitur de his qui accusare possunt, vel non.

Sexta dat infames delatos. atqve forenses.

Septima causa habet duas quaestiones, & est de Episcopis, qui renuntiarunt Episcopatu suo.

Septima Pontificem tangit cathedram repentem.

Causa octava parit quinque quaestiones, & est de Episcopo, qui sibi successorem delegit, aut quem Clerus quasi criminofum deseruit.

Octava legitur desertio Pontificalis.

Causa nona tres habet quaestiones, & tractat de Excommunicatione. Solvere nona vetat alienos atqve ligare.

Causa decima. totidem complectitur quaestiones, & est de Episcopi potestate, & iure, circa res Ecclesie administrandas.

Dena dat in sacra quid possit Episcopus & de.

Causa undecima. Et ipsa similiter comprehendit quaestiones tres, qua ut plurimum, sunt de foro competenti Clericorum.

Præfigens undena forum ligat atqve relaxat.

Causa duodecima, complectitur quaestiones quinque, & in eà agitur maximè, quatenus de rebus propriis, vel Ecclesie, Clerici possint disponere. Ecclesie res ac proprias biffena docebit.

Causa 13. sub quaestionibus duabus tractat de decimis, & sepulcritis, & longi temporis prescriptione.

Tertia post decimam Decimas, & funera tractat.

Causa 14. continet sex quaestiones, & est de Usuris, & quatenus cuique liceat jus suum in iudicio persequi.

Improbat Usuras post denam quarta voraces.

Causa 15. habet quaestiones octo, ubi de illis agitur, quae metu, furore, aut ignorantia fiunt, & plerisque aliis capitulis.

In dena quinta furor, & mulier memoratur.

Causa 16. complectitur quaestiones septem, & in ea quinta quaestio ponitur in tertio loco. Sunt autem de Capellis Monachorum, & quatenus illi possint Parochias regere, & sacramenta ministrare.

In sexta decima praebent Monachi Sacramenta.

Causa 17. Quaestionibus quatuor absolvitur, quae loquuntur de Regularibus, & transeuntibus ad religionem.

Septima post decimam prohibet dissolvere vota.

Causa 18. duabus tantum quaestionibus, quae sunt etiam de Regularibus, & Monachis, & Abbate ab eis eligendo.

Fratribus Abbatem bis nona dat instituendum.

Causa 19. constat tribus quaestionibus, & circa eundem tractatum versatur, docetque Clericis permitti ad religionem transire.

Dat decima nona praesul Clero Monachatum.

Causa 20. Quaestiones quatuor admittit de pueris ad religionem, sine parentum consensu transeuntibus, & aliis quibusdam capitulis.

Bis dena pueri traduntur religioni.

Causa 21. quinque quaestiones comprehendit, in quibus quaedam tractantur de vita & honestate Clericorum.

Ter septena docet vestes gestare docentes.

Causa 22. propositis sex quaestionibus, tractat de iurejurando, & perjurio.

Jurantes falsum damnat vicena secunda.

Causa 23. Quaestiones octo de Bello, & haeticis, decidendas proponit.

Bis dena terna tractantur bellica gesta.

Causa 24. tribus quaestionibus absolvitur, quae sunt de sententia Excommunicationis propter haesin lata, & de variis haesibus.

Haesiarcharum dat nomina bis duodena.

Causa

Causa 25. Duabus questionibus contenta est, qua pertinent ad tractatum de privilegiis.

Bis dena & quinta sunt privilegia tacta.

Causa 26. Septem Questionibus absolvit tractatum de fortiligijs & Mathematicis.

Bis dena & sexta sunt fortiligi reprobat.

Causa 27. Duas habet Questiones, qua pertinent ad tractatum de sponsalibus, an constet inter voventes.

Edocet an sponsas ducant ter nona voventes.

Causa 28. complectitur tres Questiones de Nuptiis Gentilium.

Bis dena octava Gentiles nubere nosces.

Causa 29. Duabus Questionibus tractat de Conjugio per errorem contracto, inter servum & liberam, & è contrario.

Conjugium servile tenet vicecima nona,

Causa 30. quinque Questiones continens, tractat iterum de sponsalibus, & cognatione spirituali & legali.

Ter dena claret cognatio spiritualis.

Causa 31. tres Questiones continet de matrimonio contracto inter adulterum & adulteram, vel de nuptiis invito patre, vel filia, factis.

Ter dena prima mæcho polluta negatur.

Causa 32. Octo questionibus concluditur de meretrice in uxorem ducta, & alijs capitulis.

An meretrix nubat tangit terdena secunda.

Causa 33. Quinque questiones comprehendit, qua sunt de frigidis, & impotentia coeundi, de poenitentia, & voto conjugatorum &c.

Terdena & terna friget, compunctio, votum.

DE POENITENTIA.

Hujus causæ tertia quæstio continet integrum tractatum de poenentiâ, qui septem distinctionibus absolvitur.

1. Primâ autem distinctione, statim quæstio ipsa definitur, ut sola cordis contritione peccatum deletur, si confitendi facultas desit.

Gratia divina contritis crimina delet.

2. Docet

2. *Docet caritatem posse amitti, quandiu in terris morantur, non post eterne beatitudinis fruitionem.*

Perditur hic divinus amor, non in Paradiso.

3. *Innit pœnitentiam posse iterari, nisi sit solennis & publica, Pœnam peccator bene pro vitis iterabit.*

4. *Dicit peccata semel condonata redire, si post actam pœnitentiam iterum peccetur.*

Ista probat dimissa semel peccata redire.

5. *Ait modum pœnitentia ex arbitrio sacerdotis pendere Ut purus fias pro crimine plurima volvas.*

6. *Vult quemque proprio Sacerdoti peccata sua confiteri, si modo discretus sit.*

Crimina præbytero proprio dic qui sapiens sit.

7. *Illud astruit tempus pœnitentia nunc ad ultimum vite tempus extendi.*

Tandem lætus erit, qui continuè gemet istic.

Causa 34. Duas questiones proponit de illis, que secundas nuptias contraxerunt, cum putarent maritum suum esse mortuum.

Terdena & quarta nubit vivente marito.

Causa 35. Decem questiones complebitur de Consanguinitate, & Affinitate.

Cognatos gradibus numerat tricesima quinta.

Causa 36. Duabus questionibus absolvit tractatum de raptu Virginum, & aliarum mulierum.

Ultima de raptis tractabit causa puellis.

DECRETI PARS TERTIA DE CONSECRATIONE.

1. *Distinctio prima agit de Consecratione Ecclesiarum, & missarum celebratione.*

Consecrat Ecclesias missasque canit tibi prima.

2. *Plum complebitur de adorando Eucharistia sacramento seu de Sacramento panis & vini in Eucharistia. Wesenbdc.*

Sacraati panis dat sacramenta secunda.

3. *De*

3. De Festivitatibus per anni circulum celebrandis, & jejuniis quadagesime.

Tertia dat ferias, & post jejunia ponit.

4. De Baptismi Sacramento.

Tempora baptismi distinctio quarta notabit.

5. De Sacramento Confirmationis, de temporibus, quibus à carne abstinendum est, de Spiritu sancto, & quibusdam aliis capitulis. Wesenbecius habet: De manuum impositione.

Frontes confirmans dabit ultima Pneuma beatum.

Sequuntur Rubricæ Decretalium GREGORII IX.

Sexti Decretalium, Clementinarum, & Extravagan-
tium communium.

Quia verò iidem sunt tituli, & idem ordo eorum in Sexto Decretalium, Clementinis, & Extravagantibus communibus, qui in ipsis Decretalibus Gregorii, licet non totidem, annotandum est, versus sequentes pertinere tantum ad libros Decretalium GREGORII IX. & prout occurrit, notis numeralibus, libros alios designari: Ita ut prior numerus Rubricæ prepositus, sine alia adjectione, demonstrat ordinem Decretalium ipsius GREGORII IX. sequente verò cum adjectione, S. C. E. ut constet, quo ordine, & numero iidem tituli sint in libris Sexti, Clementinarum, & Extravagantium communium.

RUBRICÆ LIBRI PRIMI DECRETALIUM GREGORII IX. PAPÆ.

1. De Summa Trinitate & Fide Catholica. 1. in S. & C.

Primo Summa Fides.

3. De Rescriptis, 3. in S. 2. in C.
Rescripta.

5. De postulatione Prælatorum.

5. in S. 2. in Extrav.

Postulat.

2. De Constitutionibus. 2. in S.

statuit.

4. De Consuetudine, 4. in S. 1. E.
Ivescit.

6. De Electione & Electi potestate.

6. in S. 3. C. & E.

electos.

H

7. de

7. De Translatione Episcopi, vel Electi
Translatos.
9. De Renuntiatione, 7. in S. 4.
in C.
Inde renuntio.
11. De temporibus ordinationum, &
qualitate ordinandorum 9. in S.
Tempora.
13. De ordinatis ab eo qui renuntia-
vit Episcopatu, &
Ordo resignantis,
15. De sacra Unctione.
Ungit.
17. De filiis Presbyterorum ordi-
nandis, vel non 11. in S.
Filius.
19. De obligatis ad ratiocinia ordi-
nandis, vel non.
Obnoxius.
21. De bigamis non ordinandis 12.
in S.
Hinc bigamus.
23. De Officio Archidiaconi,
Et Archidiacon.
24. De Officio Archipresbyteri.
Archipresb.
27. De officio custodis. 5. E.
Custos.
29. De Officio & potestate iudicis
Delegati 4. in S. 8. in C. 6. in E.
Delegat.
31. De officio Iudicis ordinarij 16.
32. De officio iudicis,
Iudicis officium.
8. De Autoritate, & usupallij 4. E.
Autor & usu.
10. De supplenda negligentia Prela-
torum, 8. in S. 5. in C.
de supplenda.
12. De scrutinio in ordine faciendo,
Scrutor.
14. De etate & qualitate, & ordine
prescipientium, 10. in S. 10. in C.
etas.
16. De Sacramentis non iterandis.
Sacramentis.
18. De servis non ordinandis, & eo-
rum manumissione.
Et Servus.
20. De corpore vitiatu ordinandis,
vel non.
Et vitiatu.
22. De Clericis peregrinis.
Clerus peregrinus.
25. De Officio Primicerij.
Primic.
26. De officio sacriste.
Sacrist.
28. De officio Vicarij. 13. in S. 7. in C.
Vice fungens.
30. De officio legati, 15. in S.
Legat.
in S. 9. in C. 7. in E.
Et iudex ordine dictus.
33. De Majoritate & Obedientia,
17. in S. 8. in E.
Major.
34. De

34. De Pace & Treugâ. 9. in E.
Pax.

36. De Transactionibus.
Transigo.

38. De Procuratoribus. 19. in S. 10. in C.
Post procuro.

40. De iis, quæ vi, metusve causâ
fiunt. 20. in S.

Vis, metus.

42. De alienatione judicij mutandi
causâ factâ.

Alienat.

35. De Pactis, 18. in S.

Pacta sequuntur.

37. De Postulando.

Postulo.

39. De Syndico.

Syndicus exto.

41. De in Integrum Restitutione 11.
in C.

Integrat.

43. De Arbitris. 22. in S.

& arbiter hinc est.

RUBRICÆ LIB: II. DECRETALIUM.

1. De Judiciis 1. in S, C. E.
Judicium.

3. de libelli oblatione.

Atque libellus.

5. De liti contestatione, 3. in S.

Litem contestans.

6. Ut lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

Sine quo non suscipe testes.

7. de Juramento calumnie, 4. in S.

Juro.

9. de Feriis.

Feriis.

11. de plus petitionibus.

Plus peto.

13. de Restitutione spoliatorum 5. in S.

14. de dolo, & contumacia, 6. in S.

4. in C. 3. in Ex:

Est dolus.

2. De Foro competentis, 2. in S. & C.
Forus.

4. de mutuis petitionibus.

Mutua poscens.

8. de Dilationibus, 2. in E.

Dilatis.

10. de ordine cognitionum.

ex ordine nosco.

12. de causâ possessionis, & proprietatis, 3. in C.

De causa.

Spoliatum restituendo.

15. de eo, qui mittitur in possessionem, causâ rei servandæ, 7. in S.

& missus.

H 2

16. Ut

16. *Ut lite pendente nihil innovetur.*
8. in S.

Lis pendens.

18. *de Confessis,* 9. in S.

Confessis.

20. *de Testibus, & Attestationibus,*
10. in S. 8. in C.

Sunt testes.

22. *de Fide Instrumentorum.*

Instruo.

24. *de Jurejurando,* 11. in S. 9. in C.

Jusjurans.

26. *de Præscriptionibus,* 13 in S.

Præscribit.

28. *de Appellationibus, recusationibus, & relationibus,* 15. in S. 12. in C.

Appellat.

30. *de Confirmatione utili, vel inutili.*

Utilis omnibus est his confirmatio juncta.

17. *De Sequestratione possessionum, & fructuum,* 6. in C.
atque sequestrat.

19. *de Probationibus,* 7. in C.
probo.

21. *de testibus cogendis, vel non.*

testes quoque cogo.

23. *de Præsumptionibus.*

Præsumo.

25. *de Exceptionibus,* 12. in S. 10. in C.

Excipiendo.

27. *de sententiâ & rejudicata,* 14. in S. 11. in C.

Sententiat.

29. *de Clericis peregrinantibus, causâ appellationis.*

Peregrinans.

RUBRICÆ LIBRI III. DECRETALIUM.

1. *De Vita & honestate Clericorum,*
1. in S. C. E.

Vita decens.

3. *de Clericis Conjugatis,* 2. in S.

4. *de Clericis non residentibus in Ecclesiâ, vel præbendâ,* 3. in S.

Non residens.

6. *de Clerico agrotante, vel debilitato,* 5. in S. Ager vel debilitatus.

7. *de Institutionibus,* 6. in S.

Instituo.

9. *Ne sede vacante, aliquid innovetur,* 8. in S. 3. in C.

Ne sede vacante.

2. *de cohabitatione Clericorum & mulierum.*

Clerus habitans.

Clerusque jugatus.

5. *de Præbendis, & dignitatibus,* 4. in S. 2. in C. & E.

Præbens.

5. in S. Ager vel debilitatus.

8. *de Concessione præbende, vel Ecclesiæ non vacantis,* 7. in S. 3. in C.

Concedendo.

10. de iis que fiunt à Prælatiis, sine
consensu capituli.

Et sine consensu.

11. de iis que fiunt à majore parte
capituli.

Major pars.

12. Ut Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur.

Non minuantur.

13. de rebus Ecclesie alienandis, vel
non, 9. in S. 4. in C. 2. in E.

Non alieno.

trado precaria.

15. de Commodato

Commoda.

16. de Deposito.

pono.

17. de Emptione & Venditione 5. in E

Vendo.

18. de Locato & conducto.

Loco.

19. de rerum permutatione 10. in S. 5. in C.

muto.

20. de Feudis.

De Feudis.

21. de Pignoribus; & aliis cautio-
nibus.

Pignoribusq;

22. de Fidejussoribus.

Atque Fidejussor.

23. de solutionibus.

solvens.

24. de Donationibus,

Donata.

25. de peculio Clericorum.

peculi.

26. de Testamento, & ultimis vo-
luntatibus, 11. in S. 6. in C.

De Testamentis.

27. de Successionibus ab Intestate.

etiam succedo.

28. de Sepulturis, 12. in S. 7. in C. 6. in Extrav.

Sepultus.

29. de Parochiis, & alienis Paro-
chianis.

Parochiis.

30. de Decimis, Primitiis, & Obla-
tionibus, 13. in S. 8. in C. 7. in E.

Decimis.

31. de regularibus, & transcurrentibus ad religionem, 14. in S. 9. in C. 8. in E.
Hinc regula religionis.

32. de Conversione conjugatorum.

Conversus Conjux.

33. de Conversione infidelium,

34. de Voto, & voti redemptione.

15. in S.

Infidus.

vota redempta.

35. de Statu Monachorum, & Canonicorum regularium, 16. in S. 10. in C.

Deque statu Monachi.

H 3

§6. de

36. de religiosis domibus, ut Episcopo sint subiecta, 17. in S. 11. in C. 9. in E.

Domibus.

38. de Jure Patronatus, 19. in S. 12. in C.

Jura Patronatus.

40. de Consecratione Ecclesie, vel Altaris, 21. in S.

41. de celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistie, 14. in C. 11. in E.

Missæ.

43. de Presbytero non baptizato.

44. de custodia Eucharistie, Christianitatis, & aliorum Sacramentorum.

Eucharistie.

46. de Observatione jejuniorum.

47. de Purificatione post partum.

Purificans.

49. de immunitate Ecclesiarum, cæmeterij, & rerum ad eas pertinentium, 23. in S. 17. in C. 13. in E.

50. Ne Clerici, vel Monachi, secularibus negotiis se immisceant, 14. in S. Clerice, vel Monache, dimitte negotia seculi.

37. de Capellis Monachorum, & aliarum religiosorum, 18. in S.

conjunge Capellas.

39. de censibus, exactionibus, & procuracionibus, 20. in S. 13. in C. 10. in E.

De Censibus.

Ara sacrata.

42. de Baptismo, & ejus effectu, 15. in C.

Baptismus.

quo non est Presbyter usus.

45. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, 22. in S. 6. in C. 12. in Extrav.

Reliquiæ.

Jejunia serva.

48. de Ecclesiis edificandis, vel reparandis.

ac ædificans.

Immunis adhærent.

RUBRICÆ LIBRI IV. DECRETALIUM.

1. de Sponsalibus, & Matrimonij, 1. in S.

Sponsus.

3. de clandestina desponsatione, Clandestina.

2. de Desponsatione Impuberum, 2. in S.

& impubes.

4. de Sponsa duorum, Sponsa duorum.

5. de

- | | |
|--|--|
| 5. de Conditionibus appositis in desponsatione, vel aliis contractibus.
Conditione. | 6. Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt.
voventes. |
| 7. de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.
Quam polluit. | 8. de Conjugiis leproforum.
atque leprosus. |
| 9. de Conjugio servorum.
Servus. | 10. de natis ex libero ventre.
De natis. |
| 11. de cognatione spiritali, 3. in S.
Sequitur Cognatio. | 12. de cognatione Legali.
Duplex. |
| 13. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris sue, vel sponse.
Post consanguineam. | 15. de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.
gelidiq; |
| 14. de Consanguinitate & Affinitate, un. in C.
Consanguinitas. | 17. Qui filij sint legitimi.
Qui nati legitimi sint. |
| 16. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesie.
Atque interdictum. | 19. de divortii.
Divortia. |
| 18. Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari, Accusare queunt. | 21. de secundis nuptiis.
Secundis. |
| 20. de donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda.
Dote. | |

Adnotandum illud in Extravagantibus communibus penitus librum quartum vacare, nec ullam esse constitutionem à Summis Pontificibus editam de matrimonio, post cap: unicum de Consangvin. & affini: in Clementinis.

RUBRICÆ LIBRI V. DECRETALIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. De Accusationibus, inquisitionibus, & Denuntiationibus 1. in S.
Accusatio. | 2. de Calumniatoribus.
sive Calumnia. |
|--|--|

3. de

3. De Simonia, & ne quid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur,
1. in E. Sit tibi Simon.
4. Ne Prælati vices suas, vel Eccle- 5. de Magistris, & ne quid exiga-
sias, sub annuo censu concedant. tur pro licentia docendi, 1. in C.
Prælati. Rabbi.
6. de Judæis, & Saracenis, & eo- 7. de Hæreticis, 2. in S. 3. in C.
rum servis, 2. in C. 2. in E. 3. in E.
Judæis. Hæreticos dant.
8. de Schismaticis, & ordinatis ab 9. de Apostatis, & reuerantibus ba-
eis, 3. in S. 4. in E. ptisima.
Schismaticis. vel Apostaticis.
10. de iis, qui filios suos occiderunt. Natos perimentes.
11. de Infantibus & languidis expo- 12. de Homicidio voluntario, & ca-
sitis. suali, 4. in S. & C.
Infans expositus. Homicidia.
13. de Torneamentis, Torneamentis.
14. de Clericis pugnantibus in duello, 15. de sagittariis, & ballistariis,
Cleri pugna. sagittat.
16. de Adulteris, & stupro. 17. de raptoribus, incendiariis, &
Adulter. violatoribus Ecclesiarum.
postea raptor.
18. de Furtis, 5. in E. 19. de Usuris, 5. in S. & C.
Furtis. Usuris.
20. de Crimine falsi, 6. in E. 21. de Sortilegiis.
De falsi Crimine. Sortes.
22. de collusione detegendâ. 23. de Delictis puerorum.
Ludo. Delinqvo.
24. de Clerico venatore. Venor.
25. de Clerico percussore. 26. de maledicis, & blasphemis.
Ferio. maledico.
27. de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrantes. Post interdictum celebrans.
28. de Clerico non ordinato ministrante. Atque ordinis expers.
29. de Clerico, per saltum promoti. 30. de eo, qui ordines furtivè sus-
Saltus. cepit.
Furtivus.
31. De

31. De Excessibus Prelatorum, & 32. de novi operis nunciacione
subditorum, 6. in S. & C.

Excessus.

Opusq; novellum.

33. de Privilegiis, & excessibus privilegiatorum. 7. in S. C. E.

Lex privata subdit.

34. de Purgatione Canonica.

35. de Purgatione vulgari.

Purgat cum Canone.

Vulgus.

36. de Injuriis & damno 8. in S.

37. de Pœnis. 9. in S. 8. in C. & E.

Damnum.

Cum Pœnis.

38. de Pœnitentiis, & remissionibus.

39. de Sentsentiâ excommunicatio-

10. in S. 9. in C. & E.

nis, & suspensionis, & interd-

cto. 11. in S. 10. C.

Post pœnitent,

Est Anathema.

40. de Verborum significatione. 12.

41. de Regulis Juris. 13. S.

in S. 11. in C.

Verborum sensus sequitur quoque regula Juris.

FINIS.

Præter libros superiores, sunt etiam seorsim 20. Extrava-
gantes Epistolæ Decretales Johannis XXII. sub
his titulis diverso numero allegatis.

- | | | |
|--|---------|-----|
| 1. & 2. sub tit. de Electione, & electi potestate. | [aliàs | 1. |
| 3. sub tit. de Majoritate & Obedientia. | | 2. |
| 4. sub tit. de Præbendis & Dignitatibus. | (cantis | 3. |
| 5. & 6. sub tit. de Concessione præbende, & Ecclesiæ non va- | | 4. |
| 7. sub tit. Ne sede vacante aliquid innovetur. | | 5. |
| 8. sub tit. de Voto, & voti redemptione. | | 6. |
| 9. sub tit. de Religiosis Domibus. | | 7. |
| 10. sub tit. de Judæis & Saracenis. | | 8. |
| 11. sub tit. de Torneamentis. | | 9. |
| 12. sub. tit. de Crimine falsi. | | 10. |

I

13. sub

13. *sub tit. de Privilegiis.*

14. *sub tit. de Pœnis.*

15. *sub tit. de Sententia Excommunicationis.*

16, 17, 18, 19. & 20. *sub tit. de Verborum significatione.*

11.

12.

13.

14.

Qui sunt tituli septimi libri Decretalium, ex editione
Colonienſi, nuperis mandinis promiſſâ, propediem pa-
tebunt, & huc ſimiliter tranſcribi poterunt. Interim
hiſce fruere, Lector amice.



Ne Pa-

Ne Pagella ultima vacaret, de invidis, Zoilis, & Calumniatoribus, ex Vallensi, in paratilis ad lectorem, hanc Orationem concludere volui,

Cæterum, ut mordeant, vel calumnientur aliqui, non est quod acerbiori feram animo, quandoquidem cum Salomone in Ecclesiaste c. 4. v. 4. animadvertam, omnes hominum labores, & industriam patere invidia proximi, probeq; sciam, quàm sit difficile, ad omnium salivam loqui, aut scribere: procliviores esse nonnullos ad alios reprehendendos, quàm ad seipfos moderandos. Illud vitium innatum hominibus, atque ita comparatam eorum naturam, aliena ut melius videant & judicent, quàm sua, ut est apud Terentium. Sic fert usus, sic se res habet, ut te tua, me delectent mea, inquit Cicero in Tuscul. Nemo ab invidis intactus, nemo ita numeris absolutus, quin adversus eum ex Zoili secta aliqui insurgant. Soepe Solonem stultitiæ, Herculem Ignaviæ, Pyladem perfidiæ nonnulli infimularunt: ipseque Homerus in vitâ Sagarin, post obitum Xenophontem, & Zoilum Macedonem æmulum habuit. Alii in Dialogis divini Platonis ordinem desiderant, Aristotelem, totius Peripateticæ disciplinæ facile Principem, obscuritatis notant, & in multis eundem Galenus reprehendit, Virgilius à nonnullis ingenio bellis; ab aliis Homericæ laboris compilator habetur. Homerum quandoque dormitasse Horatius scribit, Demosthenes M. Tullio in omnibus non placuit, Trogus Pompejus Titæ Livii conciones de fictione arguit, Senecam calcem sine arenâ nuncupant alii. Nec desunt, qui Plinium turbido flumini, quasi multa degustarit, pauca digesserit, assimilent. Accursio nonnulli iudicium inique denegant, Bartoli distinctionum longitudinem reprobant, Alberici brevitate, Baldi inconstantiam, Alexandri perplexam methodum

thodum, & utriusque Raphaëlis nimiam subtilitatem culpant, in aliis politioris literaturæ incuriam, in aliis negligentiam in citandis & allegandis Doctoribus reprehendunt. Et, quod magis est, ne quidem per celebres illi legum Romanarum antesignani æmulorum hanc censuram, dentemque Theoninum effugere, & à reprehensione securi esse potuerunt. Marcellus enim in Salvium Julianum notas scripsit, quibus eum non explicat tantum, sed & notat, atque arguit plerisque in locis. Denique licet nihil Ulpiano eloquentius, Paulo nervosius, Callistrato doctius, Papiniano acutius, Scævola pressius, Cajo fluentius, Africano subtilius, Pompejo jucundius, Celso nitidius, Triphonino candidius penè fuerit, nullus tamen eorum tam fuit felix, ut obtrectatorum linguas, morsus, improbamque invidiam evadere potuerit; quod ut varia hominum ingenia: ita & varia judicia, ut nunc sunt, ita & præcis temporibus fuerint, faciliusque sit, ut vetus habet proverbium: *καὶ τὸ δαιτὶ καὶ μὴ δαιτὶ δαι.* calumniari, quàm imitari: inveniaturque hoc genus hominum, qui meliores malint obtrectare, quàm vel vestigiotes sequi, qui si, ut SALUSTIUS ait, virtute satis valerent, magis æmuli bonorum, quàm invidi essent: sed quia desidia atque inertia & stupor eos atque torpedo invasit, strepunt, obtrectant, & alienam famam suam dedecus existimant, sic alit livorem infelix inertia, quibus rectè objeceris,

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitis tam cernis acutum;

Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Leli,

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Accipe quod cruciet: cave, Zoile, carpere tentes,

Carpere nam demens obvia queq; solæ.

In te convertas oculos, qui despicis omnes,

Et te, dum cunctis detrahis, inspicias.

CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS,

CREMPA-HOLSATUS,

Phil. J. U. D. & Decretalium P. P.

Ducalis Ordinarius,

STUDIOSIS LEGUM, ET CANONUM

salutem, & officia, ut & omnibus, qui hujus
materiæ desiderio afficiuntur.

*Ex ope cœlesti fit, si quid habetur honesti,
Et venit à superis, quid agas bene, vel mediteris.*

*Gl. in c. si ex bono 8. Verb. Apostolicum de Pœnit. D. 4. Rebuff.
in Scholast. Nec. 1. p. 503.*

Novistis, Auditores optimi, materi-
as quasdam juris esse frequentes, & usitatas; quas-
dam infrequentes, & inusitatas: hæ sunt, Substitutionum
tricæ, & apices, Quarta Falcidia, & Trebellianica, materia
Contributionum, Suitatis, regulæ Catonianæ, Transmis-
sionum, Bonorum possessionis, antiquarum Jurisdictionum,
Stipulationum dividuarum, & individuarum, Ser-
vitutis, manumissionum, liberalium causarum, & quæ
hisce sunt affinia, & à foro nostro fere aliena, ad quem mo-
dum multa, in primo & tertio Decretalium libris expli-
cita, & per manus ad posteros transmissa sunt: Illæ o-
mnia, quæ ad ordinem judiciorum, contractus, res credi-
tas, obligationes, actiones, jura conjugiorum, dotium,
successi-

successionum, tutelas, testamentorum compositiones, delicta, & poenas, aliasq; consimiles vitæ quotidianæ partes accommodata sunt, quibus optimè consonant, quæ à summis Pontificibus in libro secundo, quarto & quinto Decretalium sunt comprehensa.

Quoniam autem quotidiana, *secundum Paulum lib. 10. Quæst. L. 25. D. de Lib. Leg.* sunt plenius tractanda; utique selegi materiam matrimoniorum, in libro quarto Decretalium consignatam, à qua perendie 19. Feb: horâ secundâ pomeridianâ, in Collegio Unicornis, initium *Cuius*, facturus sum. Ne autem καὶ ὕστερον ἄετιον procedere videar, hujus mei instituti rationes in apricum deducam. Impulit igitur me ad hunc librum interpretandum, ejusdem & maxima utilitas, & palpabilis necessitas: non enim minus utilis hic liber Jurisprudentiæ, quàm aliarum Facultatum Studiosis, præsertim cum numerus *ASTRÆ* Consecratorum, Bellonâ in vicinis regionibus prædominante, non adeo sit amplius & frequens; deinde, quia hic idem liber, tit: 14. continet materiam Consanguinitatis, & Affinitatis, nulli non utilem & proficuum futuram. Necessarius expositu hic liber videtur imprimis gloriose legum & Canonum juventuti, uti à præproperis, & illicitis conjugiorum votis, & invitis parentibus extortis, abstineant, & DIC CUR HIC? ritè ruminare discant. Quid enim pretiosius filiis parentibus non ingratis. *Nov. 98. in præf. adde N. 105. c. 1* Quod si fieret, non tot querelis Ecclesiarum Cathedræ, & judicum subsellia personarent, dum hic, & ille immaturis nuptiis impliciti, se perditum eunt, & salutis mundanæ cum lacrymis suorum apertum dispendium faciunt.

Cum

Cum sit pœna gravis cognoscere, quæ via navis,
Vel Colubri, vel avis, pueri gravior via quavis.

Gl. in §. 2. f. de f. & f. Prov. 30. v. 18. 19. adde Gl. in c. omnis ætas. 1. causa 12. q. 1. & c. proclivis. 2. causa. 20. q. 3. & cap. 3. Extra. de Presumpt.

Optimi parentes, qui sana pro filiis consilia suscipiunt, sæpe eorum sine fraudantur, & dum filios in Academiis, tanquam ad mercatum bonarum artium ablegant, blandissimarum Dominarum voluptatum tendiculis illaqueatos, imò multoties ante tempus uxoratos recipiunt. Huc ergo vos convertite, non vanas voces, non dicteria & cavilla extra forum & justitiam: Sed justitiæ plena dicta, foro consentanea, nec à divinis legibus abhorrentia, intelligentibus animis imbibite, & quod in posterum, & in præsens ex usu vestro esse possit, diligenter connotate. Præterea ideo à materiâ conjugiorum exordior, quoniam oratio mea Inauguralis, quæ originem & progressum Juris Canonici complectitur, hætenus nondum plene typis exscripta fuit, quæ generalem Decreti, & Decretalium cognitionem exhibebit, jam autem in usum vestrum typis divulgata, vestris oculis, animis & mentibus subjecta est.

Hoc autem libro, si DEUS volet, absoluto, à capite ad calcem, reliquas Decretales epistolas explicare pergam, & quidem eâ methodo, & ordine, ut primum generalem tituli sensum proponam, & postmodum singula capita, eorumque casus, ea, quæ fieri poterit fide, & dexteritate interpretanda suscipiam.

Antequam autem hunc librum exordiar, operæ pretium fore putavi, ut auream GREGORII, IX. Pontificis Prudentissimi ac Magnificentissimi, *uti ipsum Sireinius appellat* præfationem, Decretalibus præfixam, explicandam
assume-

assumerem, & unâ & altera lectione proœmii loco, absol-
verem. Illæ quippe præfationes, (quales etiam sunt tres
epistolæ Pandectis præfixæ, eruditionis, & antiquitatis ple-
næ, quas per otium aliquando, unâ cum elegantissimo Epi-
grammate Græco Hexasticho Digestis præmissis, quo Ang.
Politianus, Alciatus, Drosæus, & alii plenè Docti vehe-
menter delectati sunt, privatim, *Ὡς τὴν ἀρχὴν*. interpre-
tabor) & libentius nos ad Lectionem propositæ materiæ
producunt, & cum ibi venerimus, evidentiores præstant
intellectum, *L. 1. in fin. D. de O. F.*

Privatim autem Institutiones Juris Canonici, Pauli
Lancelotti, catecheticè tradam, ut ita omnibus, & singu-
lis via regia ad Decreti, & Decretalium Volumen pate-
scat, & hisce in antecessum præceptis muniantur. Con-
feram cum eodem reliquos Institutistas, Canisium, Cu-
chum, Stephani, & quæ singulis locis utiliter addenda ani-
madvertero, fideliter indicabo, & ad præsentem Ecclesi-
arum Germaniæ statum *καθ' ἰκονίαν* dirigere conabor.
DEUS adsit initio, medio, & fini, & sub hujus anni sexa-
gesimi super millesimum sexcentessimum, auspicio, labo-
ribus nostris cœlitus benedicat, & voci deprecationis
nostræ, clementer attendat. Valete. Dabam
Rostochii, è Museo 19. Februarii,
Anno 1660.



31. De Excessibus Prelatorum, & 32. de novi op
subditorum, 6. in S. & C.

Excessus.

Opus

33. de Privilegiis, & excessibus privilegiatorum. 7. a
Lex privata subdit.

34. de Purgatione Canonica. 35. de Purgat
Purgat cum Canone. V

36. de Injuriis & damno 8 in S. 37. de Pœnis
Damnum. Cum

38. de Pœnitentiis, & remissionibus. 39. de Sense
10. in S. 9. in C. & E. nis, & su
Et. 11. in

Post pœnitent,

40. de Verborum significatione. 12. 41. de Regula
in S. 11. in C. Est

Verborum sensus sequitur quoque re

FINIS.

Præter libros superiores, sunt etiam seor
gantes Epistolæ Decretales Johann
his titulis diverso numero all

1. & 2. sub tit: de Electione, & electi potestate.
- 3 sub tit: de Majoritate & Obedientia.
4. sub tit: de Præbendis & Dignitatibus.
5. & 6. sub tit: de Concessione præbendæ, & Eccle
7. sub tit: Ne sede vacante aliquid innovetur.
8. sub tit: de Voto, & voti redemptione.
9. sub tit: de Religiosis Domibus.
10. sub tit: de Judæis & Saracenis.
11. sub tit: de Torneamentis.
12. sub. tit: de Crimine falsi.

I



the scale towards document

3. sub